De

Polybii vocabulis militaribus.

Dissertatio inauguralis

quam

ad summos in philosophia honores

ab amplissimo

philosophorum ordine Erlangensi

rite impetrandos

scripsit

Josephus Lindauer.

MONACHII

Typis et sumptibus Straubianis

MDCCCLXXXIX.

Ad Polybiana studia ut me converterem cum scholis a Woelfflino, magistro doctissimo, in seminario philologico Monacensi habitis tum variis de Polybio sententiis sum commotus.

Haud facile enim quisquam est scriptor, de cujus elocutione tam varie judicetur. Alteri illum expolito atque picto quodam dicendi genere usum esse putant, alteri orationem elimasse atque exornavisse negant. Casaubonus quidem ad Atticae elegantiae leges Polybii stilum detorquebat, contra Cobetus scriptorem in stilo molesto et plebis linguam redolente versatum esse dixit. In medio virtutem — equidem censeo; non sane infitiandum est, rhythmum, quem vocamus, Polybii elocutione magna ex parte alienum esse, nisi quod fortasse in fine enuntiati amplioribus vocabulis et longioribus formulis utitur aut *ἓν διὰ δυοῖν* quod dicimus adhibet.

At quod neglegentissimum fuisse scriptorem in dicendo arbitratur Cobetus, hoc eo ipso refellitur, quod, ut alii demonstraverunt, morosus est in hiatu evitando, et quod, ut ego censeo et exemplis probabo, in variandis et vocabulis et notionibus non minore fere utitur diligentia.

Atqui Polybii dictio castrensis appellatur a Folardo, viro doctissimo. Quod ita intelligendum esse existimo, ut hac voce partim commoditas illa et facilitas dicendi, quae libera est a festivitate sermonis et ob eam rem castris digna, partim id significetur, quod Polybiustam multus est in bellis exponendis et in re militari describenda, ut militaris paene scriptoris munus expleat. Quo in sermone *multa* (ut nobis quidem opinari licet tot rerum scriptoribus ante Polybium deperditis) novasse scriptorem in vocabilis adhibendis consentaneum est. Haec vocabula cum superiorum usu comparare mihi proposui, atque ita quidem, ut primum pauca disputemus *de copia verborum*, deinde de *eorum universa indole* exponamus.

Librorum, quibus in dissertatione mea adiutus sum, hi potissimum sunt appellandi:

J. Schweighaeuser, Polybii historiarum editor.

F. Hultsch, earundem editor.

H. Stephani thesaurus linguae Graecae.

J. Schweighaeuseri lexicon Polybianum, ex quo interdum vocabulorum significationes ad verbum desumptae sunt.

W. Rüstow und H. Köchly, Geschichte des griechischen Kriegswesens.

Bernhardy, Grundriss der griechischen Literatur.

Luettge, de Polybii elocutione.

J. Stich, de Polybii dicendi genere.

F. Kaelker, quaestiones de elocutione Polybiam.

G. Mollenhauer, de verbis cum praepositionibus compositis Polybianis.

K. Abicht, Herodoti historiarum editor.

J. Classen, Thucydidis historiarum editor.

F. W. Sturz, lexicon Xenophonteum.

I. De vocabulorum copia.

De vocabulis, quae significant: *bellum*, *pugna*, *proelium*.

Bellum, ut apud superiores scriptores, etiam apud Polybium est *πόλεμος*.

Ad veterum locutiones cum hoc vocabulo conjunctas, ut *πόλεμον ἐγείρειν*, *αἴρισθαι* apud nostrum novae accedunt: *συγχέαι πόλεμον*, conflare bellum 4, 10, 3; 15, 2, 4; 28, 15, 6.

ἀνταίρειν πόλεμον 15, 7, 8; *ἀναλαμβάνειν πόλ.* bellum suscipere 2, 46, 1; 7, 31, 1.

ἐκφέρειν πόλεμόν τινι bellum inferre 4, 5, 10; (*ἐπιφέρειν* jam antea in usu versatur).

συνταράττειν τὸν πόλεμον 4, 14, 4 (hac formula de latino *bellum pertubare* admonemur.)

ἐπαγγέλλειν, *προαγγέλλειν πόλεμον* dicit Polyb., priores praebent *προαγορεύειν*, *προειπεῖν πόλεμον*.

Ἀχαιοὶ ὡς θᾶττον ἀπέθεντο πόλεμον,' ut primum bellum deposuerunt (Livius 4, 6) 5, 106, 1.

Brevissime dictum est: *Σαυνῖ τις χώρα πολλῶν χρόνων ἀπολέμητος* 3, 90, 7; prim. apud Polyb.

Verbum poëticum est *ἀΐδιος*, quod Pol. saepius adhibet cum *πόλεμος* et *εἰρήνη* conjunctum: *ἀϊδίῳ συνέχονται καὶ δυσχερεῖ πολέμῳ* perpetuo et gravi bello implicati sunt, *ἀΐδιος εἰρήνη* 13, 9, 3.

Τὰ πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας 6, 52, 1, res militaris, idem quod antea (et apud Pol.) *τὰ τοῦ πολέμου, τὰ περὶ τὸν πόλεμον*.

Jam disputandum est de vocabulis, quae notant pugnam, proelium.

Proprium verbum apud veteres est *μάχη*, interdum *ἀγών*; apud Pol. nova apparent vocabula: *κίνδυνος*, *συμπλοκή*, *χρεία*, *παράταξις*, *ἀγώνισμα*, *ἄθλημα*. Ex his *κίνδυνος* crebro usurpatur, fortasse saepius quam *μάχη*. *συμπλοκή* est concursus exercituum, levior pugna, sed occurrunt loci, quibus idem valet, quod *μάχη*, *ἀγών*, *κίνδυνος* 2, 69, 1—4. — *παράταξις* ordinatio aciei, saepe justum proelium 1, 40, 1; 2, 21, 5; 2, 26, 8.

χρεία est commune vocabulum, quod inter alias significationes etiam pugnam, proelium notat. 1, 84, 7; 5, 13, 7. 6, 39, 2; 3, 73, 2.

ἀγώνισμα 3, 4, 4; 3, 81, 2.

ἄθλημα 1, 58, 1.

Locutiones Polybii ad bellum et pugnam pertinentes sunt; *ἀναλέλυκεν ἐκ τοῦ κινδύνου* e pugna abiit 16, 19, 10.

εἰς τὸν ἀγῶνα συγκαταβαίνειν ad proelium descendere, pugnam inire, 1, 11, 13; antea *εἰς μάχην συνελθεῖν*, *ἰέναι*; *μάχην συνάπτειν*.

λειφθεὶς τῇ παρατάξει 1, 27, 5 proelio victus.

ἐκ τοῦ προϋπάρχοντος ἀθλήματος εἰς παραβολώτερον ἀγώνισμα 1, 58, 1; *ἄθλημα* primum habet Plato; *ἀγώνισμα* proprie de singulorum certamine; notione pugnae non invenitur nisi apud Herodotum 8, 76 plurali numero. *πυργομαχεῖν* de turri pugnare, 5, 84, 2; apud Xen. idem vocabulum duplici significatione: turrim oppugnare, Anab. 7, 8, 13 et: de turri pugnare Cyr. 6, 4, 18.

βιαιομαχεῖν maxima vi pugnare, prim. apud Pol. 1, 27, 12; 5, 84, 2.

συντρέχειν εἰς τὰς χεῖρας i. qu. *συνάπτειν*, *συνιέναι εἰς τὰς χεῖρας* elocutio paulo validior et significantior quam solita. 2, 33, 5.

ἀξιόχρεως saepe cum vocabulis militaribus conjunctum cum notione aptus, par: *φυλακὴ ἀξιόχρεως* 3, 17, 9; — *ἀνταγωνιστής* 2, 46, 3; cum praepositione *πρός*: *στρατόπεδα ἀξιόχρεα πρὸς μάχην* 1, 19, 1. Antea vocabulum non invenitur, nisi absolute.

κραταιός ἀγών acris pugna 2, 69, 8; *κραταιός* verbum poëticum, in posteriore prosa invenitur, apud Pol., Plut., Luc. — *κραταιῶς* in Septuaginta.

ἀγών νεανικός acris pugna 10, 31, 7; vocabulum maximam partem poëtarum proprium, in prosa ex Demosthenis aetate.

ἀμαχεί sine pugna 1, 84, 7; inde a Thuc. —

αἱ καθόλου καὶ κατὰ μέρος μάχαι 11, 19, 2; *αἱ κατὰ μέρος χρεῖαι* 10, 33, 2 leviores pugnae; *οἱ κατὰ μέρος κίνδυνοι* 10, 32, 9;

ἡ ἐκ χειρὸς καὶ συστάδην μάχη 13, 3, 4; antea *συσταδόν*.—

De vocabulis, quae ad aciem militum pertinent.

Apud priores *τάξις*, instructio exercitus, acies; saepissime apud Pol., nisi quod apud eum etiam pluralis numerus locum habet.

παράταξις semel apud Thuc., crebro apud nostrum.

ἔκταξις primum apud Pol. 10, 39, 5;

Verba inveniuntur *τάττειν; παρατάττειν*, inde a Thuc.; *παρεμβάλλειν* prim. apud Pol. (etiam intransitive), 1, 32, 7. 2, 65, 10; 5, 69, 7.

διακοσμεῖν 2, 28, 2; verbum poëticum hac certe notione.

τριφαλαγγία 6, 40, 11; prim. apud Pol. Item *διφαλαγγία* 2, 66, 9.

ἔμβολον acies cuneo similis 1, 26, 13; Xen. hell. 7, 5, 22; apud Aeneam tact. c. 19 masculini generis.

δισχιλίους ἐν ἐπικαμπίῳ παρενέβαλε 5, 82, 9 curvata linea constituit; primum de hoc modo aciei apud Xen., *ἐπικαμπὴν ποιεῖσθαι* Cyr. 7, 1, 6; praeterea apud hunc *ἐπικάμπειν* 4, 2, 20; Anab. 1, 8, 23;

ἀμφίστομος δύναμις 2, 28, 6;

τάξις 2, 29, 4; (exercitus duas frontes habens). *ἀμφίστομος* conjunctum cum *δύναμις, τάξις* prim. apud nostrum.

ἐπὶ μίαν ναῦν τάττειν στόλον uno ordine classem instruere 1, 26 et 27; *ἐπὶ πολὺ παρατείνας*, subinde *παρεξέτεινε συνεχεῖς* 3, 83, 3; etiam genitivus in hac formula deprehenditur: *ἐπὶ*

τῆς αὐτῆς εὐθείας ἐξέτεινε eadem linea extendit 3, 13, 103; ceterum exstant hae formulae jam apud priores: ἐπὶ πολλοὺς τεταγμένοι Xen. et Thuc.: ἐφ' ἑνὸς τεταγμένοι Xen. anab. 5, 2, 6.

κύρτωμα μηνοειδές acies lunae falcem imitans, lunata acies 3, 113, 8; 3, 115, 7; *κύρτωμα* alia significatione prim. apud Hippocratem, *hac* prim. apud nostrum. Idem valet apud Pol. *μηνίσκος* 3, 115, 5; prim. apud Aristotelem notione *lunulae.*

στῖφος, vocabulum poëticum, quod saepius apud Herodotum interdum apud Thuc. et Xenoph. locum habet, semel inveni apud Pol. 2, 68, 4: *τὰ στίφη τῶν πολεμίων συνταράττειν καὶ διαλύειν* ordines perturbare. Ibi variationis causa esse dictum videtur, nam ibidem *σπείρας* 2, 68 3; iterum 2, 68, 8.

Jam venimus ad ea vocabula, quae ad cornu, latus exercitus pertinent. Quam notionem etiam apud Pol. *κέρας* habet, sed voces *dexter*, *sinister* paululum a priorum usu differunt.

Λαιός, prorsus verbum poëticum (apud Euripid., Aeschyl., Tyrt.), apud nostrum usurpatum in formulis: *κατὰ τὸ λαιὸν τῶν ὑπεναντίων* in sinistro cornu; *ἐπὶ τὰ λαιὰ τῶν πολεμίων* 11, 1, 3; memoratu dignum hoc loco videtur pluralis *τὰ λαιά*. Novatur apud nostrum *ἐφ' ἡνίαν*, in id latus, in quo frenum habemus, i. e. sinistrorsum 10, 23, 1; iterum *ἐξ ἡνίας* 11, 23, 6.

πλευρά est latus apud Pol. saepius: *παρίσταντο παρὰ πλευρὰν τοῖς πολεμίοις* ad latus hostium accesserunt 3, 115, 9; *πλευρά* apud priores *latus* in universum, apud Xenoph. primum de acie: *αἱ πλευραὶ τοῦ πλαισίου* anab. 3, 4, 22.

Annotare velim pluralem numerum in *ἐκ τῶν εὐωνύμων* 5, 7, 11 sinistro cornu. Item pluralem videmus in *ἐκ πλαγίων*, in latere 10, 39, 6; quo in vocabulo multus est Pol. *κατὰ τὰς ἐκ τῶν πλαγίων ἐπιφανείας* 3. 74, 2 ubi *ἐπιφανείας* amplificationis causa positum est;

ἐκ πλαγίου κατὰ κέρας συμπεσεῖν τοῖς πολεμίοις 1, 40, 14, ubi abundanter synonyma adhibentur.

Πλάγιος apud Herodotum sermone militari nondum invenitur, interd. habet Thuc., saepe Xen.

Pluralis etiam adnotandus est in *ἐπὶ τὰ δεξιὰ μέρη τῶν πολεμίων* 10, 39, 4, ubi simul latitudo dicendi addito *μέρη* respicienda est; *ἀπὸ τῶν δεξιῶν* 11, 1, 6.

κεράω quod voc. prim. exstat apud Aratum notione *in cornus formam redigere* apud nostrum significat: in cornibus stare 18, 24, 9; *περικεράω* prim. apud Pol.; — *τοὺς πολεμίους* 11, 1, 5 hostes circumire; idem valet 11, 23, 5 *ὑπερκερᾶν*, a quo substantivum 1, 27, 5, 11, 23, 8 *ὑπερκέρασις*; verba, ut nos quidem colligere possumus, a Polybio novata.

Quod nos dicimus „Front" apud Pol. idem notat, quod apud priores, *μέτωπον, πρόσωπον.*

Aliud vocabulum est *στόμα*: *οὓς δὲ κατὰ τὸ στόμα προσεδόκων ἀπαντήσειν* i. q. *κατὰ τὸ πρόσωπον* 2, 27, 8; *ἐκβιάζεσθαι κατὰ τὸ* 31, 26, 10; apud priores haec vis vocabuli non occurrit, prim. apud Xen.: *συμπέμψαι ἀπὸ τοῦ στόματος ἄνδρας* An. 3, 4, 42; Hell. 4, 3, 4;

ἀντίπρωρος de navibus (in hostem versis), saepe, jam apud priores. Pleonastice dictum apud nostrum in *κατὰ πρόσωπον ἀντιπρώρους τάξαντες τὰς ναῦς* 16, 4, 7, cum *κατὰ πρόσωπον* et *ἀντίπρ.* idem fere valeant.

A tergo est apud superiores et Polyb. *κατὰ νώτου, κατὰ νῶτον, ὄπισθεν, κατόπιν.* Saepe invenimus apud Pol. *οὐρά*, quod etiam Xen. haud raro adhibet.

προσπεσεῖν κατ' οὐρὰν τοῖς πολεμίοις 11, 1, 10. 2, 67, 2. *ἀπ' οὐρᾶς* 1, 77, 7.

De vocabulis, quae ad *castra* pertinent.

Apud veteres pro castris *στρατόπεδον* habemus, etiam noster vocabulum saepius hac notione usurpat. Quae vox a Polybii aetate in *exercitus* vel *legionis Romanae* significationem transfertur; quamobrem a Pol. alia vocabula substituebantur, ut *παρεμβολή* saepissime apud Pol.; vocabulum e Macedonica dialecto sumptum esse videtur.

Quod sermone militari in usum venisse prima apud Aeneam tact. vestigia apparent, apud quem vocabulum significat ordinationem aciei. Apud Pol. vis verbi promovetur ad aciem et

castra. Ceterum in hoc vocabulo intelligi potest post Polybium mutationes et amplificationes magis magisque procedere et vocabulorum quasi circuitum augeri. Apud Plut. *παρεμβολικός*, apud gloss. *παρεμβολοθέτης*, *παρέμβλησις* castrorum locatio, Aquil. Jes. 29, 1.

Aliud vocabulum notione castrorum est *χάραξ*. *εἰς χάρακα παρενέβαλε* 18, 20, 9; saepissime. Hac signif. apud Polyb. primum.

στρατοπεδεία: *μεταλαβὼν τὴν τῶν Καρχηδονίων στρατοπεδείαν* castra Carthaginiensium cepit 10, 90, 11; *στρατοπεδείας τιθέναι* castra ponere 1, 33, 1; apud Xen. vocabulum locationem castrorum significat.

Castra ponere est apud superiores *στρατόπεδον ποιεῖσθαι*; non repudiat hanc formulam Pol., sed plerumque habet *στρατοπεδεύειν* (*κατα*, *παρα*). Apud veteres medium hujus verbi in usu est. Saepe exhibet scriptor pro castra ponere *καταζευγνύναι*, prim. apud Pol.: *σπεύδων καταζεῦξαι πρὸς τὸν Ἴβηρα ποταμόν ἅμα ταῖς δυνάμεσι* 3, 95, 3; deinde 8, 15, 2; 5, 46, 7; 7, 80, 2; mihi videtur usurpatum esse vocabulum secundum analogiam *καταλύειν deverti*.

De vocabulis, quae significant *impetum*.

Veteres praebent: *ἐπίθεσις*, *εἰσβολή*, *προσβολή*, (*ἐφορμή* apud Thuc. tantum), *ἔφοδος* (excepto Xenophonte). — *Ἐπιδρομή*, quod apud Thuc., Herod. et Xen. non habent, item *ἐπιβολή* apud Thuc., non apud Herod. et Xen. invenitur.

Quae omnia vocabula apud Pol. frequenter habemus, nova pro notione impetus haec fere sunt:

ἐμβολή hac notione prim. apud Pol., sed jam a Thuc. via ad hanc significationem munita erat, ibi est impetus in latus navis 7, 70; etiam apud Pol. saepius de impetu in navem facto adhibetur 1, 22, 8; 1, 23 8; 1, 46, 9; in pedestri pugna: *ἐμβολὴν ποιεῖσθαι* 3, 126, 8; 4, 12, 6;

παράπτωσις incursus, impetus 11, 17, 3; *ἡ ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς* — 3, 115, 11; similiter *σύμπτωσις* 11, 13, 1; utrumque vocabulum hac sign. primum apud Pol.

ἐπαγωγή: αἱ ἐπαγωγαὶ αἱ ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, saepius.

ἐπιφορά notione impetus prim. apud nostrum. *τὴν πρώτην ἐπιφορὰν ἐδέξαντο* primum impetum sustinuerunt 3, 110, 6. *ἐπιφέρεσθαι impetum facere* jam antea.

Dignum est quod notetur: *προσδοκίας οὔσης κατὰ τὴν οὐραγίαν*, sensus est: si in novissimo agmine impetus hostium exspectandus est 6, 40, 8. In universum Polybius, quae dicere vult, dilucide et amplioribus verbis exprimere solet, sed non pauca inveniuntur, ex quibus, quae auctor in animo habet, ex toto sententiae colore subintelligenda sunt.

De vocabulis, quae significant *exercitum*, *militem*, *ducem*, *ductorem*, *imperatorem*.

Exercitus apud superiores *στρατιά*, *στρατός*, *στράτευμα*, *στρατόπεδον*, *στόλος*, *δύναμις*. Quorum vocabulorum *στρατός* apud Pol. non inveniri annotandum est. *στόλος* non occurrit notione exercitus *στρατόπεδον* plerumque significat legionem Romanam. *δύναμις* multo saepius quam alia vocabula adhibetur, etiam plurali numero.

χείρ, *χεῖρες* apud veteres jam in usu est significatione *multitudinis*, *catervae*, *manus*, sed non fere nisi apud poëtas; interd. apud Herod. et Thuc. In communem usum convertit Pol.: *αἱ ἄρισται χεῖρες* fortissimae copiae 1, 26, 5. *ταύταις ταῖς χερσὶ πιστεύσαντες* 3, 10, 6. *ἄφθονοι χορηγίαι καὶ χεῖρες* 3, 79, 3;

στρατεία exercitus 1, 9, 3; 11, 20, 1, 14, 10, 3, saepe; priore tempore vocabulum nondum significabat exercitum.

σύστημα manus militum: *τὸ σύστημα τῶν μισθοφόρων* 1, 81, 11; *ὁλοσχερές τι σύστημα τῶν βαρβάρων* 3, 53, 6; hac sign. primum apud Pol. Quae notio facile ex his locis quasi ex fonte derivari potest: *τὸ τῆς φάλαγγος σύστημα* 5, 53, 3; *τῆς τάξεως τὸ σύστημα* 1, 34, 5.

exercitus saepe in universum expressum est: *τὸ πλῆθος*, *τὰ πλήθη*, *ὁ ὄχλος*, *οἱ ὄχλοι*, *οἱ πολλοί*, quae vocabula contraria sunt notioni ducis. *πλήθη* 1, 27, 1; *πλήθη καὶ στρατηγοί* 1, 32, 3; *ὁ βασιλεὺς καὶ τὸ τῶν Μακεδόνων πλῆθος* 5, 2, 7.

ἀστασίαστα πλήθη 11, 19, 3; *οἱ ὄχλοι* 11, 10, 9; 11, 18, 7; *οἱ πολλοί* 10, 23, 9; 11, 31, 2.

ἄνδρες 3, 87, 1 pro *στρατιῶται* apud Pol. multo saepius quam apud priores in usu esse existimo.

Imperator, dux, ductor est apud veteres *στρατηγός*, *ἄρχων*, *ἡγεμών*; etiam particip. *στρατηγῶν* frequentatur. Inde a Xenoph. aetate *προεστῶτες*; — *στρατεύμαιος* Xen. mem. 3, 13; apud Pol. 11, 16, 4; 2, 67, 4. semel deprehendimus *προστάτης* — *χωρὶς ἡγεμόνος καὶ προστάτου* 6, 24, 7; hac notione prim. apud nostrum.

οἱ ἡγούμενοι duces, ductores saepissime, prim. apud Pol. Saepe invenimus *οἱ ἐπὶ τῶν ὅλων ἐφεστῶτες*, idem quod *στρατηγοί* (Oberbefehlshaber); *οἱ κατὰ μέρος ἡγεμόνες* idem quod antea *ὕπαρχοι*, apud Xen. *ὑποστρατηγοί* (Unterbefehlshaber). 1, 69, 11 opponuntur: *ἡγεμόνες καὶ ἰδιῶται* — ductores et gregarii milites. *ἰδιώτης* hac notione inde a Xen. Anab. 1, 3, 11; 3, 2, 32. Pol. 5, 6, 30. 10, 19, 4; apud Thuc. significat. vocab. tironem in re militari 6, 72;

De vocabulis, quae *ad armaturam* exercitus spectant.

Apud veteres *ὁπλίζω*, *ὅπλισις*, *ὁπλισμός*; inde a Xen. et Polyb. plerumque *καθοπλίζω*, *καθόπλισις*, *καθοπλισμός*. Aliquem armis exuere, spoliare apud nostrum *παροπλίζειν* est, antea *ἐναρίζειν*, *σκυλεύειν*, aut circumlocutione aliqua cum *ἐκδύειν* veteres utebantur.

Pro *οἱ ἐν τῇ ἡλικίᾳ* habet Pol. *οἱ δυνάμενοι ὅπλα βαστάζειν* 2, 24, 6; *φέρειν* apud veteres in hac formula usurpatur. *βαστάζειν* est vocabulum plane poëticum, Homeri et tragicorum usui familiare; *ὅπλον φέρειν πολέμιον* a Pol abundanter dicitur.

Jaculum apud veteres exprimitur per *ἄκων*, *ἀκόντιον*, *παλτόν*, *ξυστόν*. Quae omnia vocabula apud Pol. non exstare notabile est. In eorum locum succedunt *γαῖσος* imprimis de barbarorum gentibus, prim. apud Pol. 6, 39, 3; 18, 1, 4; ab hoc vocabulo nomen duxisse verisimile est, qui vocantur a Pol. *Γαισάται* vel ***Γαίσατοι***; gaesum saepissime apud Caesarem.

Ἀκόντισμα pro jaculo inde a Xen.

Γρόσφος 1, 33, 9; 6, 21, 7; saepe; prim. apud Pol.

Ὑσσός saepissime de pilo Romano, prim. apud nostrum.

Gladius est Polybio *ξίφος*, *μάχαιρα*; *μαχαιρομαχεῖν μαχαίρας* 10, 20, 3 dignum est, quod notetur. *μάχαιραν φορεῖν* 6, 22, 1.

Galea est apud veteres *κόρυς* quod apud Pol. non inveni. *κράνος*, verbum poëticum, interdum apud Herod., saepius apud Xen. et Pol. — *περικεφαλαία* prim. apud nostrum, saepius; semel *περικεφάλαιον* 6, 22, 2. — *λυκεία* galea (ex lupina pelle) 6, 22, 2: prim. apud Pol. Huc referendum puto vetus *κυνῆ*.

Scutum apud veteres est *ἀσπίς*, *γέρρον*, *πέλτη*; *γέρρον* et *πέλτη* apud Pol. non occurrunt, quamquam *πελτασταί*, *πελταστικός*; *πελτοφόροι ἱππεῖς* locum habet. Pol. habet saepius *θυρεός*, quod apud Homerum est *saxum in porta collocatum*.

πάρμη, latine parma 6, 22, 1; 29, 6, 1.

Lorica est veteribus *θώραξ*, quod voc. etiam Pol. exhibet. Invenimus etiam *καρδιοφύλαξ* 6, 23, 14; simili notione ibidem *χάλκωμα* 6, 23, 14.

Pro signo, vexillo, quod nos dicimus „Feldzeichen, Fahne" apud veteres in usu est *σημεῖον*; praeter hanc vocabuli formam Pol. habet etiam *σημαία* 6, 27, 2; 2, 31, 5; 6, 41, 6; *σημαιαφόρος* signifer 6, 24, 6, apud nostrum primum invenitur.

Aliud vocabulum pro signo Polybio est per metonymiam *σινδών*, proprie linteum (Schweighäuser) in pugnae signum sublatum, prim. et semel hac notione apud nostrum: *ὅταν ἴδωσιν ἀρθεῖσαν σινδόνα* 2, 66, 10; similiter subinde *ἐπειδὰν φοινικὶς ἐξαρθῇ* (rubrum) signum 2, 66, 11.

Impedimenta apud superiores sunt *οἱ σκευοφόροι*, *τὰ σκευοφόρα*, *τὰ ὑποζύγια*; apud Pol. etiam singularis numerus *τὸ σκευοφόρον* occurit 3, 79, 2; 12, 19, 5; *τὰ σκεύη* inde a Xen.

A Pol. novantur: *ἀποσκευή* saepius; *ἐπισκευή* 1, 19, 11 semel dictum videtur; item semel inveni *σκευή* 2, 6, 6; etiam *φορτία* non saepius quam 6, 40, 1;

Quod nos dicimus „Leichtbewaffnete" veteribus est *γυμνῆτες*, quod vocab. apud Pol. locum non habet.

Ψιλοί interdum apud Thuc., saepe apud Xen. et Polyb.

Ἐλαφροί inde a Xen.

Κοῦφοι, saepius apud nostrum et Xen.

εὔζωνος crebro quidem apud superiores invenitur, sed notione *paratus expeditus*; aqud Pol. proprie saepissime significat „die Leichtbewaffneten", 1, 40, 6.

γροσφομάχοι vel *γροσφοφόροι* prim. apud Pol. 10, 32, 2, ubi de bello Hannibalico narratur; quod vocabulum nescio an hoc loco sumptum sit, quod Hannibal post pugnam ad lacum Trasimenum commissam multos militum suorum pilis (ex praeda capta) armaverat. *Pilum* Polybio saepe est *γρόσφος*.

εὐκίνητοι saepissime apud Polyb.; *εὐκινητότατοι* 1, 33, 7; 3, 43, 2.

οἱ ἀκροβολιζόμενοι velitantes, velites 1, 40, 10.

Usitatum apud veteres vocabulum pro gravi armatura *ὁπλῖται* apud Pol. raro occurrit 2, 3, 4; 3, 53, 1; etiam *τὰ ὅπλα* apud superiores significat gravem armaturam, inde a Thuc.: *ἐξέτασιν τῶν ὅπλων ποιεῖσθαι* Thuc. 4, 74; 6, 96. — *ὁ στρατηγὸς ἐπὶ τὰ ὅπλα* corp. inscr. n. 123, 46. — vel *στρατηγὸς ἐπὶ τῶν ὅπλων* Dem. Novantur haec: *πεζοὶ βαρεῖς* 10, 44, 5; quamquam *βαρύς* in similibus structuris jam apud Xen. exstat, ut *τὸ βαρύτατον τοῦ στρατοπέδου* Cyr. 5, 3, 37; — saepissime habemus *τὰ βαρέα τῶν ὅπλων, οἱ ἐν τοῖς βαρέσιν ὅπλοις, οἱ ἐν τοῖς βαρέσι καθοπλισμοῖς; τὴν τῶν βαρέων ὅπλων ἔφοδον φυγεῖν* 5, 23, 4. —

De vocabulis, quae *ad exercitus commeatum et victum* pertinent.

Commeatus veteribus est *ἐπαγωγή, κομιδή; ἀποκλείειν τῆς ἐπαγωγῆς* *commeatu intercludere* saepius invenimus. Pol. utrumque vocabulum omisit. Inde a Xen. occurrit *παραπομπή*.

Παρακομιδή prim. apud nostrum; *τὴν παρακομιδὴν ποιεῖσθαι τῶν ἐκ τῆς χώρας ἀναγκαίων* Pol. 10, 10, 13.

Antea etiam *σῖτος, τὰ σιτία, τὰ ἐπιτήδεια* significabant *commeatum, victum*. Ad haec apud nostrum accedunt; *σιτηρέσιον* inde a Xen. et *σιταρχία*; *σιτομετρία* cibaria, victus, 1, 68, 9, prim. apud Pol.

1, 82, 13, invenimus *διακλείειν τὰς χορηγίας* commeatum intercludere, *χορηγία* hac notione prim. apud Aristot. pol. 4, 10; 7, 4. forma *χορήγιον* et *τὰ χορήγια* prim. apud Pol. 1, 17, 15; 1, 18, 5.

Ἐπισιτισμοῦ χάριν, assumendi commeatus causa 2, 5, 3; hoc uno loco, apud Xen. primum et saepius.

Παράθεσις, vocabulum posterius; pr. apud nostrum accedit fere ad notionem *victus, cibariorum: εἰς τοὺς ἰδίους βίους καὶ τὰς εἰς τὰ στρατόπεδα παραθέσεις* 2, 15, 3; *ἐκδαπανᾶσθαι τας παραθέσεις καὶ τοὺς θησαυρούς* 26, 7, 7.

Ἐπάρκεια pro commeatu prim. apud Pol. *ἀπέφαινε διακλεισθησόμενον τὸν Μόλωνα τῆς ἐξ ἐκείνων τῶν τόπων ἐπαρκείας* 5, 51, 10. *ἡ τῶν χορηγίων ἐπάρκεια* 9, 4, 5; 5, 111, 4; hac circumlocutione videtur evenisse, ut fortasse antea et a Polybio et postea nude *ἐπάρκεια* pro commeatu usurparetur.

Inopia commeatus est veteribus *σιτοδεία*, quod etiam apud nostrum 21, 6, 2; praeter hoc vocabulum habet Pol. *ἀχορηγία* 5, 28, 4; *ἀχορηγησία* 28, 8, 6.

Quid *pabulum* significet, paululum annotare mihi liceat. Herod. et Xen. praebent *χόρτος*, quod voc. etiam Polyb. exhibet; occurrit etiam *χόρτασμα* 9, 4, 3. *χορτολογία* collectio pabuli, prim. apud nostrum 18, 5, 1; 22, 22, 12.

De vocabulis, quae *ad victoriam et cladem* pertinent.

Veteribus est victoria *νίκη*. Polybius alia vocabula praeter hoc adhibet: *νίκημα* prim. 1, 87, 10; 16, 14, 5;

κατόρθωμα res bene gesta, victoria 1, 19, 12; 2, 31, 8; 2, 42, 5; 3, 4, 1 (saepe).

Εὐτύχημα successus, victoria 1, 37, 5; *τὰ εὐτυχήματα* 1, 12, 5; hac notione prim. apud Pol., antea fortuna.

Προτέρημα successus, res bene gesta, victoria 1, 9, 7; 1, 29, 4; 1, 40, 11; 1, 41, 1; 5, 107, 3; 40, 50, 10. saepe.

3, 72, 2 habemus: *ἐπαιρόμενος τῷ γεγονότι τῇ προτεραίᾳ περὶ τοὺς ἱππεῖς εὐημερήματι* parta victoria 3, 72, 2; idem significat *εὐημερία* 7, 9, 10.

Vincere est Polybio praeter *νικᾶν*: *καταγωνίζεσθαι*, — *τοὺς Ἀχαίους* Achaeos vincere 2, 45, 4; prim. apud Pol., idem, quod *καταπολεμεῖν*.

προτερεῖν superiorem discedere, vincere saepius apud Pol. et hac notione primum 3, 110, 6; 11, 14, 4; 27, 8, 3.

κατορθοῦν saepe apud Pol. *vincere*, jam apud superiores vocab. exstat notione *rem bene gerere*; *τῇ μάχῃ κατώρθωσε* proelo vicit 2, 70, 6; 11, 3, 1.

4, 82, 3 occurrit: *Ἀχαιοὺς ὑπὸ τὸν ζυγὸν ἄγειν* Achaeos subiicere; antea vocabulum metaphorice non adhibetur nisi a poëtis; apud posteriores vox magis in usu est; mihi in mentem venit *sub jugum mittere*. Quod Polyb. *ὑπὸ τὸν ζυγὸν* dicit, mirum videtur, postea enim nude *ὑπὸ ζυγόν* occurrit. Dion. Hal. exhibet: *ὑπάγειν τινὰ ὑπὸ ζυγόν* sub jugum mittere, et *ζυγὸν ὑποστῆναι* sub jugum mitti.

Clades veteribus est *ἧττα*. Apud Pol. vocabulum interdum occurrit, ut 11, 2, 7; quo loco scriptor tanta vocum variatione utitur, ut etiam *ἧττα* adhibere cogatur. Saepissime habemus *περιπέτεια*, proprie *mutatio*, (saepius) in pejus 1, 13, 11; 1, 23, 1; 1, 37, 2; 2, 56, 13; 3, 4, 5; *ἀναμαχέσασθαι τὴν γεγενημένην περιπέτειαν* 1, 55, 5 cladem reparare; hac notione prim. apud nostrum; ex longiore verborum circuitu haec significatio vocabuli orta esse mihi videtur; *αἱ ἐκ τῶν περιπετειῶν ἐλαττώσεις* 10, 33, 4 detrimenta (clades) mutatione fortunae facta.

Ἐλάττωσις pro clade 3, 89, 8; 2, 36, 6: *αἱ περὶ Σικελίαν ἐλαττώσεις* acceptae circa Siciliam clades; hac notione primum.

Ἐλάττωμα 1, 32, 2; 1, 52, 2; 3, 4, 1; prim.; saepe opposit. *κατόρθωμα*.

Semel habemus *ἀπόπτωμα*, quod notat *infelicem eventum, cladem* 11, 2, 6.

Vinci, succumbere est praeter vetus *ἡττάομαι* saepissime *πταίειν*, *πταίειν τῇ μάχῃ* 17, 14, 3; — *κατὰ θάλατταν καὶ κατὰ γῆν* 1, 31, 1; hac notione vocabulum jam antea interdum apparet, sed a Polybio in crebriorem usum conversum est. Oppositum est *κατορθοῦν*: *Περσεῖ κατορθοῦντι καὶ πταίοντι* vincenti aut succumbenti 29, 9, 10.

De vocabulis, quae *ad vigilias et stationes* pertinent.

Vigiliae, excubiae, stationes apud veteres sunt *φυλακή*, *φρουρά*, quae apud Pol. saepe occurrunt.

Φρουρά et *φρουρός* apud nostrum legimus quidem, sed non saepe.

φυλακτήριον (proprie locus praesidii) *pro excubiis*, quod apud veteres occurrit, apud Pol. semel inveni 8, 17, 5.

Nova adhibentur vocabula: *ἐφεδρεία*: *ἐξ ἐφεδρείας φυγεῖν* stationem deserere 1, 17, 11; — 3, 69, 10; 6, 37, 12; 10, 38, 8; 10, 39, 1. Vocab. est primum apud Pol. *observatio*, apud Aristot. *sessio in aliqua re*.

Προκοιτεία Pol. 6, 35, 5; *προκοιτία* 2, 5, 6; 6, 35, 5; *πρόκοιτος* excubans ante aliquid; subst. *οἱ πρόκοιτοι excubiae* 20, 11, 5; quae tria vocabula prim. apud nostrum.

Προφυλακή: *προφυλακῆς τάξιν ἔχοντες πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς Ἠλείας φόβον* 5, 3, 2; *κατολιγωρῶν τῆς τῶν πόλεων προφυλακῆς* praesidii urbibus ferendi neglegens 5, 95, 5; vocabulum primum apud Xen. habemus eadem signif. Cyr. 6, 3, 9; Hipp. 7, 13; apud Thuc. vox denotat *providentia 4, 30;*

παραφυλακή 2, 58, 1; 4, 17, 9 hac notione prim. apud Pol. Apud Hippoc. *observatio.*

Ἐφοδεία circuitio ad excubias inspiciendas 6, 35, 8; prim. apud Pol. Idem significat *ὁ ἔφοδος* 6, 36, 6; qui excubias adit et inspicit 6, 37, 5; prim. apud Xen. Cyr. 8, 6, 16.

Apud superiores *σωματοφύλακες* et *δορυφόροι* significant *custodes corporis;* quae voces apud Pol. non occurrunt; in locum succedunt *ἡ περὶ τὸ σῶμα φυλακή* et *ἡ θεραπεία*. — *ὁ ἐπὶ τῆς θεραπείας* praefectus custodum corporis 4, 87, 5 et 8. hac speciali notione prim. apud Pol.

De vocabulis, quae ad belli *insidias pertinent.*

Insidiae apud veteres sunt *ἐνέδρα;* poëtae habent plerumque *λόχος*, utrumque voc. praebet Pol. *τιθέναι τὰς ἐνέδρας* 3, 71, 2; antea *ἐνέδραν ποιεῖσθαι*. — *λόχῳ ἐνεδρευθείς* in insidias incidit 8, 1, 2.

Ὑποβολή occultatio militum ad insidias collocandas 3, 105, 1, tum locus ipse, qui idoneus est ad milites occultandos 3, 104, 5; 15, 2, 12; *ἐξ ὑποβολῆς* ex insidiis 15, 2, 12. — Ad verbi significationem viam munivisse mihi videntur formulae, ut *ἡ τῶν ἐνεδρευόντων ὑποβολή* 3, 105, 1; hac notione prim. apud nostrum.

Σρατήγημα belli ars, consilium, prim. apud Xen. mem. 3, 5, 22; apud Pol. 3, 18, 9; 5, 47, 4; 11, 22, 2; *τὰ ἐξ ἱστορίας στρατηγήματα* 1, 57, 5; *φοινικικὸν στρατήγημα* versutia Punica (in bello scil.) 3, 78, 1. *στρατηγεῖν* et *καταστρατηγεῖν τινα* dolo uti contra aliquem (in bello), insidiari alicui. *ἐγίνετο πρὸς τῷ στρατηγεῖν τοὺς ὑπεναντίους* 3, 71, 1; *μᾶλλον ἑαυτοὺς ἢ τοὺς πολεμίους στρατηγεῖν* 9, 25, 6; vocabulum prim. apud nostrum hac signif.

Διανάστασις surrectio; proprie adhibetur de surrectione ex insidiis 5, 70, 8; *διανίστασθαι* de iis, qui ex insidiis surgunt; *διαναστάντες ἐκ τῆς ἐνέδρας* 3, 74, 1; 8, 22, 5; nude *διαναστάντες* 2, 25, 8; 16, 37, 7. — substant. *διανάστασις* jam apud Hippoc. et Xen. occurrit, sed non hac notione. Etiam *διανίστασθαι* hac sign. prim. apud Pol. habemus.

De vocabulis, quae ad *receptum militum et fugam* pertinent.

Ὑπαγωγή receptus, quod crebro apud Thuc. invenitur, apud nostrum non occurrit.

Ἀναχώρησις, usitatum verbum, invenitur quidem apud Polyb., sed multo rarius quam *ἀπόλυσις*, quod Polybio verbum proprium est pro *receptu*. Quid sit, quod Pol. vocabulum *ἀναχώρησις* repudiet, non satis intellegere possum; sane multae variationes libidini cuidam sermonis communis tribuendae sunt. — *ἀπόλυσις* discessus, receptus 5, 98, 5; 11, 16, 8; 11, 17, 4; *τὴν ἀπόλυσιν ποιεῖσθαι* discedere, se recipere; hac notione vocabul. prim. apud nostrum; alias, ut apud Herod. significat *liberationem, dimissionem*.

Ἔγκλιμα inclinatio in fugam 4, 58, 8; *γενομένου ἐγκλίματος ὁλοσχεροῦς* 1, 19, 11; prim. apud Pol. — *ἐγκλίνειν* notione *recedere* jam apud Xen.

De vocabulis, quae ad *militum fortitudinem* pertinent.

Fortitudo est veteribus: *ἀνδρεία*, *ἀνδραγαθία*, *εὐψυχία*, *ἀρετή*, *θάρσος*.

Ex his *ἀρετή* apud nostrum notione fortitudinis non occurrit, fortasse quod in philosophorum potissimum sermone adhibetur. *Ἀνδρεία* perraro invenimus 1, 6, 4; 10, 49, 14. *θάρσος* item non saepe. Nova sunt vocabula pro fortitudine; *γενναιότης*; — *καὶ τόλμα τῶν ἀνδρῶν* 1, 36, 7; 11, 31, 6. prim. apud Euripidem notione *generositatis*, *munificentiae* Phoeniss. 1649,

Φρόνημα animus, animi impetus et ardor (Schweigh.): *φρόνημα καὶ θάρσος παριστάναι ταῖς δυνάμεσι* 5, 83, 5: *τοῖς φρονήμασιν ἔμενον* 5, 93, 3.

Εὐτολμία 5, 76, 11 semel dictum videtur; prim. apud Eurip. Med. 469.

Παράστασις haud raro significat *impetum*, *studium*, *animi ardorem*, *animum*. 3, 63, 14. 11, 33, 2. Apud superiores saepe habemus *παριστάναι τινὶ ὁρμήν*, *θάρσος* et *παρίσταταί τινι ὁρμή* vel *θάρσος*. Secundum analogiam hujus formulae subst. *παράστασις* formatum esse videtur.

Ἐκθυμία impetus animi 3, 115, 6, *κατὰ τὴν ἐκθυμίαν ἑπόμενοι*. Apud Pol. unum semel occurrit vocabulum.

Ignavia est apud veteres *δειλία*, *κακία*, *ἀνανδρία*. — *κακία* hac notione semel inveni 4, 31, 8; *δειλία* perraro occurrit 5, 85, 3; 3, 81, 7; *ἀνανδρία* saepius habemus.

Vocabulum *ἀγεννία* habemus 5, 85, 3; 30, 9, 1 et 19; 30, 6, 8; 39, 2, 10. Semel habemus: *διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἀγεννίαν καὶ δειλίαν* 5, 85, 3.

Fortis est veteribus *ἀνδρεῖος*, *ἀγαθός*; *εὔψυχος* inde a Thuc. in pedestri oratione.

Ἀνδρεῖος apud nostrum omnino non exstat, *ἀγαθός* non notione *fortis*, nisi quod semel inveni hac notione 11, 2, 1;

Saepissime inveniuntur apud Pol.: *ἀνδρώδης*, jam apud Xen.; *γενναῖος* hac sign. primum apud nostrum. — *ἐκθύμως* saepe habemus: — *ἀμύνεσθαι* 1, 7, 11; — *ἐπικεῖσθαί τινι* 3, 96, 5; 5, 13, 4; 15, 12, 6;

εὐθαρσής: jam apud Xen. interdum, vocabulum poëticum.

Interdum *εὐγενῶς* occurrit: *εὐγενῶς ἀποθανεῖν* 3, 177, 4, quod vocabulum a poëtis sumptum postea in prosam orationem transfertur.

εὔτολμος apud veteres poëtas et inde a Xen.

εὔρωστος validus, fortis; *οἱ εὐρωστότατοι ἱππεῖς καὶ πεζοί* 5, 46, 11; *εὐρώστως* fortiter 2, 34, 14; 5, 60, 8; potissimum verbum Xenophonteum notione *validus, firmus, sanus.*

Θρασύς apud veteres usitatissimum in Polybio adverbialiter tantum occurrit: *θρασέως διακεῖσθαι* 1, 9, 7; *θρασέως διαμάχεσθαι* 2, 34, 12.

Δειλός pro *ignavus* amisit Polyb., recepit *ἄνανδρος*, quod etiam apud veteres legimus, et *ἀγενής* vel *ἀγεννής*, quod vocabulum inde a Xen. invenimus in pedestri oratione. *Κρῆτες ἀγεννεῖς καὶ πλάγιοι ταῖς ψυχαῖς* ignavi et animo haesitantes Pol. 4, 8, 11.

De vocabulis, quae significant *hostem, adversarium.*

Hostis veteribus plerumque est *πολέμιος*. *Ἀντίπαλος* apud poëtas crebro invenimus notione adversarii, hostis. Hoc vocabulum maxime Thuc. in deliciis habet notione *viribus par, respondens.* Pol. interdum usurpat 5, 35, 9; 16, 28, 9; 18, 14, 3; 35, 2, 8.

οἱ ἐναντίοι pro *hostibus* apud priores saepius habemus, item apud Pol., apud quem usitatissimum vocabulum est pro hac notione *ὑπεναντίοι*; adject. *ὑπεναντίος* prim. apud Plat., deinde Aristot. Xen. — Subst. *ὁ ὑπεναντίος* adversarius, hostis prim. apud Xen. Cyr. 1, 6, 38; 3, 3, 59.

Ἐχθρός priore tempore est *inimicus.* Quamquam jam apud Aeschyl. Thuc. alios loci inveniuntur, quibus vocab. significat *hostem*, sed perraro. Multo saepius apud nostrum; *ἐχθρός* et *πολέμιος* conjunctum 15, 8, 12: *ὡς ἐχθροῖς ἡμῖν κέχρηνται καὶ πολεμίοις.*

De vocabulis, quae ad praedandum spectant.

Praeda veteribus est *λεία, τὰ σκῦλα, τὰ λάφυρα.* Haec habet etiam Pol. Novat has locutiones: *οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐπε-*

κήρυξαν τὸ λάφυρον κατὰ τῶν Ἀχαιῶν 4, 36, 6, potestatem praedandi in Achaeorum finibus publice fecerunt; *ἄγειν λάφυρον ἀπὸ λαφύρου* 18, 4, 8.

Apud Pol. saepe habemus pro praeda *ὠφέλεια*, etiam pluralem *ὠφέλειαι. ἡ ἐκ τοῦ πολέμου ὠφέλεια* 1, 20, 1; *οἱ ἐκτὸς παρεπόμενοι τὰ στρατόπεδα τῆς ὠφελείας χάριν* praedandi causa 3, 82, 8; *ἡ κατὰ θάλατταν ὠφέλεια* praeda mari facta 2, 8, 8; *χώρα γέμουσα ὠφελείας* regio plena praedae 3, 30, 3. Ad notionem praedae *ὠφέλεια* accedit magis magisque a Lysiae aetate. Antea *ὠφέλεια* abstractum, quod vocatur, substantivum est. A posterioribus in concretum sensum transfertur. Apud Xen. cyn. 6, 4 invenimus voc. pro *venationis praeda. Belli praeda* prim. apud Pol., et ea quidem, quae singulis dividitur. Habemus primum apud nostrum *ὠφελεῖσθαι* notione *praedam agere* 9, 27, 11; *οὐδὲν ὠφελεῖτο* 16, 1, 3.

De vocabulis, quae ad militum stipendium pertinent.

Veteribus est stipendium *μισθός*, quod occurrit quidem apud nostrum, sed si comparamus cum numero aliorum hujus notionis vocabulorum, perraro. *μισθοῦ στρατεύειν* 2, 22, 1; *τὸν μισθὸν ἐπιτιθέναι τινι.*

Usitata apud Pol. vocabula sunt: *ὀψώνιον*, quod saepissime habemus, etiam pluralis invenitur. *διαλύειν τὰ προσοφειλόμενα τῶν ὀψωνίων* 1, 69, 3; *ὀψωνίων ἀπόδοσις* 11, 25, 9; voc. prim. apud Pol.

σιταρχίαι semper in plurali numero, frumentum militibus singulis distributum, deinde *stipendium: διαλύειν τὰς σιταρχίας τοῖς στρατιώταις* 5, 50, 2; *ἀποδιδόναι τὰς σιταρχίας* 11, 28, 3; *κομίζεσθαι τὰς σιταρχίας* 1, 70, 3; prim. apud. Aristot.

σιτηρέσιον, quod non raro apud Xen. est, apud nostrum non habemus.

μέτρημα uno loco significat *stipendium* 9, 27, 11; altero *demensum frumentum* 6, 38, 3.

μισθοδοσίας ἐποίουν stipendium solvebant 20, 6, 2; *μισθοδοτεῖν* inde a Xen. *οἱ μισθοδοτηθέντες*, qui stipendium acceperunt 1, 66, 3.

ὡς θᾶττον ἐσομένης τῆς ἐπανόδου πρὸς τοὺς ὀψωνιασμοὺς ad stipendium distribuendum, prim. apud Pol.

ὀψωνιάζειν τινά stipendium alicui solvere, prim. apud Pol. *ὀψωνιάζεσθαι ὑπό τινος* stipendium ab aliquo accipere 23, 8, 4.

Milites mercennarii sunt apud veteres: *ξένοι, μισθοφόροι, ξενικόν*; apud nostrum etiam *ξενοφόροι, μισθοδοτηθέντες, ἐξενολογημένοι, ξενικά*; etiam *ξενολόγιον*; *συστήσασθαι ξενολόγιον χιλίων ἀνδρῶν.* — *συνήθροιζε ξενολόγιον ἐμβριθές* 31, 26, 1; *συνίστασθαι ξενικὴν χεῖρα* 31, 26, 1;

De vocabulis, quae significant *locum munitum, munire.*

Locus munitus, oppidum est veteribus, *φρουρίον, ἔρυμα, τεῖχος, τείχισμα*; *φρουρίον* et *ἔρυμα* etiam Pol. habet, *τεῖχος* et *τείχισμα* notione oppidi non occurrunt. *ὀχύρωμα* inde a Xen. saepe; item *χωρίον* hac notione 2, 54, 3; 4, 61, 7; 4, 75, 2. *χωρίον* et nudum significat oppidum, et conjunctum cum *ὀχυρόν, καρτερόν, ἐρυμνόν.* Sed *χωρίον* jam apud Thuc. hac notione exstat, etiamsi multo rarius invenimus.

munire apud veteres est *τειχίζειν*, quod raro apud nostrum legimus. Usitata vocabula sunt *ὀχυροῦν, ὀχυροῦσθαι*, quae jam apud Xen. habemus. *ὀχυροποιεῖσθαι* inde a Pol.

ὀχυρός firmus, validus de locis; vocabulum poëticum, recepit Xen., Pol. multo saepius adhibuit.

ὀχυρότης, prim. apud nostrum, in singulari et plurali numero.

De vocabulis, quae significant, quod nos dicimus „Feld, Felddienst, ins Feld ziehen“.

Apud superiores habemus formulas cum *στρατεία* et *στρατεύεσθαι.* Inde a Pol. saepissime occurrit *ὕπαιθρα*, quae sub divo sunt, aperta loca (oppidis opposita). *ἀντιποιεῖσθαι τῶν ὑπαίθρων* aperta loca petere belli gerendi causa 1, 12, 4; 1, 15, 4; 1, 30, 6; 4, 8, 5. — *κρατῆσαι τῶν ὑπαίθρων* apertis locis potiri, 1, 40, 6; 1, 55, 2; 3, 79, 2.

μετὰ τῶν δυνάμεων ἐπὶ τὰς πράξεις ἐξιέναι dicere vult: cum exercitu *ad bellum* proficisci, quod nos dicimus „ins Feld

ziehen". Item *ἐξαποστέλλειν ἐπὶ τὰς πράξεις* optime vertamus per „ad bellum mittere," ins Feld schicken; saepius.

Ad bellum proficisci antea est *στρατεύομαι*, apud Pol. vulgo *στρατεύειν* vel *ἐκστρατεύειν* in activo genere.

Apud superiores habemus *ἔξοδος*, *ἔξοδον ποιεῖσθαι*, quod etiam apud nostrum occurrit; accedit: *ἐξοδεύειν*: *Λυττίων ἐξωδευκότων εἰς τὴν πολεμίαν πανδημεί* 4, 54, 1; *ἐξοδεία*: *παραγενόμενοι πρὸς τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς ἐξοδείας* 4, 54, 3; nova sunt vocabula, nisi quod *ἐξοδία* apud Herod. legimus.

De vocabulis, quae significant *castra movere, progredi cum exercitu.*

In veterum usu est potissimum *ἀναξευγνύναι*, quod etiam apud nostrum saepe legimus. Annotandum est Polybium ad verbum *ἀναζευγνύναι* substantivum *ἀναζυγή* formavisse: *ποιεῖσθαι ἀναζυγὴν* saepissime legimus.

Xenoph. frequenter utitur vocabulo *ἀνασκευάζειν*; quae hujus verbi notio apud nostrum non exstat.

Nova vocabula accedunt apud Pol.: *κινεῖν* intransit. inde a Pol.: *οὐδέπω κεκινηκότων ἐκ τῆς οἰκείας τῶν Κελτῶν* 2, 22 8; saepe etiam transitive usurpatur, ut: *τὴν τῶν πεζῶν ἐκίνει δύναμιν ἐκ τοῦ χάρακος εἰς πορείαν* 3, 45, 6; *κινεῖν* hac notione comparandum est cum latino *movere.*

Verbum proprium est apud Pol. pro *castra movere* *ἀναστρατοπεδεύειν*; (etiam subst. *στρατοπεδεία* saepe legimus); utrumque voc. prim. apud Pol.

ἐξαίρειν: *ἐξάραντες παντί τῷ στρατεύματι* 2, 23, 4; prim. apud Pol.

ἀναλύειν saepissime apud nostrum. *ἀνέλυσεν ἐκ τῶν τόπων* 2, 32, 3; 16, 19, 10; *ἀναλύειν* hac not. prim. apud Pol.

Colligere (copias) est veteribus: *ἀγείρειν*, *συλλέγειν*, *συνάγειν*; *ἀθροίζειν* apud Herod. nondum exstat, Thuc. interdum utitur, Xen. saepe adhibet, apud nostrum proprium fere vocabulum pro *colligere* est. Simplex *ἀγείρειν* omnino apud nostrum non occurrit, *συναγείρειν* uno loco inveni 2, 18, 7.

Pro tueri, defendere veteres habent *φυλάττειν*, interdum *στέγειν*. Apud Pol. *φυλάττειν* saepe quidem invenimus, sed multo saepius *τηρεῖν*, quod voc. apud Herod. non exstat, inde a Thuc. deinceps crebrescit.

Exercere est veteribus *ἀσκεῖν*; apud nostrum multo rarius voc. legi quam aliud verbum *γυμνάζειν*.

Occurrit maxime apud poëtas, nonnunquam apud historicos, Xen. magis in suum usum convertit, Pol. multo saepius adhibet quam *ἀσκεῖν*.

Pro *tradere* nobis occurrere solet apud veteres *παραδιδόναι*; multo saepius quam hoc voc. habet Pol. *ἐγχειρίζειν*. *τὴν πόλιν* 1, 10, 8; 1, 11, 4; — *ἑαυτόν τινι* 1, 10, 1; voc. jam apud superiores, sed raro.

Conscribere est veteribus *καταλέγειν*, quod non occurrit apud Polyb. in activo genere. Passivum *καταλέγεσθαι* semel inveni 2, 24, 14; noster habet *καταγράφειν* et *καταγραφή*. *ποιεῖσθαι καταγραφήν* saepissime.

Ἐπίλεκτοι conscripti milites 4, 19, 1: *ἐπιλέγειν*, *ἐπίλεκτοι*, *ἐπιλελεγμένοι* hac sign. inde a Xen. — *ἐπίλεκτοι* notat etiam extraordinarios 6, 26, 6.

Auxilium, apud veteres *βοήθεια*, Polybio haud raro est *χρεία*: *ἡ τῶν ἱππέων χρεία* 11, 33, 3; *ἐναργὴς ἡ ἐξ αὐτοῦ χρεία ἐγένετο* manifestum fuit auxilium ab eo allatum 10, 11, 7; unde haec significatio orta sit, ex locis apparet, ut 2, 49, 7: *μὴ δεῖσθαι χρείας τῶν βοηθησόντων*.

Adhortari milites Pol. plerumque est *παρακαλεῖν*. Crebro in usu est *παρακαλεῖν τὰ πρέποντα τῷ καιρῷ*; nonnunquam dicit *παρακαλεῖν οἰκείως τῆς ὑποκειμένης περιστάσεως* 15, 10, 1; *παρακαλέσαντες τοῖς ἁρμόζουσι λόγοις τῆς πράξεως* 1, 44, 1; *παραίνεσιν ποιεῖσθαι* 15, 11, 1; *παρόρμησιν ποιεῖσθαι* 6, 52, 10; *ποιεῖσθαι ἀξιώσεις καὶ παρακλήσεις* 1, 67, 10.

ἀντιπαράκλησις (cohortatio inter se facta 11, 12, 2, prim. apud nostr.

Persecutio est apud superiores vulgo *δίωξις*, apud Pol. *ἐπιδιωγμός* 11, 18, 7; *διωγμός* 1, 87, 7; saepius *δίωγμα* 1, 34, 9; 3, 45, 3; 11, 15, 5; *δίωγμα* est antea voc. poëticum.

3, 115, 11 habemus: *κατὰ τὴν ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς παράπτωσιν*, vertendum esse puto: in acri Gallorum persecutione. Transitum ad hanc signif. faciliorem reddit locus: *κατὰ τὴν τοῦ διώγματος παράπτωσιν* 11, 17, 3. — *παράπτωσις* prim. apud Aristot. alia signif.

Agger, vallum, fossa est veteribus *χῶμα, χοῦς, σταύρωμα, τάφρος; χῶμα* apud Pol. perraro invenimus; *σταύρωμα* non occurrit apud nostrum; *χάραξ*, vallum, apud Pol. hoc sensu prim., *χαράκωμα* inde a Xen.

τάφρος habemus in Pol. libris, sed pari sign. *ταφρεία*; quamquam vulgo apud nostrum *ductionem fossarum* notat.

De vocabulis, quae significant *partem militum.*

Apud Pol. invenimus: *σύνταγμα, τάξις, τάγμα, λόχος, τέλος, σύστημα, ζυγόν; τάγμα* ind. a Xen., item *σύνταγμα; σύστημα* prim. apud nostrum. *τέλος* prius hac signif. multo saepius adhibetur, apud nostrum raro.

Equitatus dividitur in *οὐλαμοί, ἴλαι, ἱππαρχίαι*, turmae, alae; *οὐλαμός* potissimum apud Homerum notione *catervae militum.* Inde a Pol. de equitatu solum usurpatur. *ἴλη* apud poëtas *caterva multitudo hominum*, inde a Xen. *turma equitum.*

λόχος de peditatu et prius et apud Pol.; *διλοχία* habemus 10, 23, 4 (prim.).

Manipulus exprimitur per *τάγμα, σπεῖρα, σημαία; σπεῖρα* hac not. primum apud Pol., *σημαία* omnino novatur.

Conversio militum, quam nos dicimus „Schwenkung“ veteribus est *ἀναστροφή, ἐπιστροφή; ἐπικαμπή* et *καμπτήρ* apud Xen. potissimum habemus; quae duo vocabula apud nostrum non exstant. Nova sunt apud Pol.: *μεταβολή; περισπασμός; ἐκπερισπασμός; παραγωγή; περίκλασις.* Verba praeter *ἀναστρέφειν* et *ἐπιστρέφειν* habemus: *περικλᾶν, περικερᾶν.* Haec omnia vocabula saepissime leguntur, id quod, cum Pol. majora bella et graviores evolutiones quam quisquam superiorum describat, sane memorabile non videtur.

Locutio Polybii propria est *ἐπὶ* aut *ὑπὸ πόδα ἀναχωρεῖν*,

ὑποχωρεῖν, τὴν ἀναχώρησιν ποιεῖσθαι ordine servato se recipere ex pugna 2, 68, 4; 18, 8, 4.

Primum agmen veteribus est nonnunquam *προφύλακες*, quod apud nostrum non legimus; vulgo exprimi solet per *ἡγεῖσθαι: οἱ ἡγούμενοι* vel *προηγούμενοι*. Pol. prim. habet *προπορεία* vel *οἱ προπορευόμενοι. πρωτοπορεία* saepissime legimus, prim. apud nostrum.

Novissimum agmen est Pol. *οὐρά*, prim. apud Xen., *οὐραγία* prim. apud nostrum, vel *οἱ ἐπὶ τῆς οὐραγίας ὑπάρχοντες; οὐραγός* dux novissimi agminis; *οὐραγεῖν* novissimum agmen ducere.

Apud Xen. saepissime invenimus *ὀπισθοφυλακεῖν, ὀπισθοφύλακες, ὀπισθοφυλακία*, quae voc. Pol. in suum usum non convertit.

Opera, machinae bellicae sunt Pol. *ἔργα, ὄργανα, μηχαναί, μηχανήματα*. — *ἔργον* hac. signif. primum apud nostrum; *μηχάνημα* prim. apud Xen. — *ὄργανα* hac signif. apud Xen.

Habemus in Polybii libris: *καταπέλται, τὰ καταπελτικά, λιθοβόλοι, πετροβόλοι, κέστρος, πετροπολικὰ ὄργανα*, quae omnia novantur apud nostrum.

Cuniculus est veteribus *ὑπόνομος*; habemus *ὄρυγμα* inde a Xen., *σύριγξ, μέταλλον* prim. apud Pol.

Proditio veteribus est *προδοσία*; apud Pol. novantur *πρᾶξις* (saepe), *παρασπόνδημα, παρασπόνδησις, ἀθεσία*.

Parole, quod nos dicimus, veteribus est *σύνθημα, παράγγελμα; πολεμικόν* inde a Xen. — *σημεῖον* prim. apud Pol. 5, 69, 8.

De vocabulis, quae ad legationes pertinent.

Πρέσβεις non saepe invenimus, multo crebrius *πρεσβευταί*.

Ἀπόστολος, quod voc. interdum apud superiores pro *legato*, in Polybii libris non exstat. Sed *ἀποστολή* notione legationis habemus 14, 2, 12.

Item vetus *πρεσβεία* apud nostrum non frequenter occurrit, sed *διαπρεσβεία*, mutua legatio, saepe invenimus.

ἐπικηρυκεία solitum Polybio vocabulum est pro *legatione*; interdum jam apud Dem.

Tractare, agere de aliqua re veteribus plerumque est *διαλέγεσθαι, λόγους ποιεῖσθαι.* Praeter haec vocabula imprimis Pol. in deliciis habet: *κοινολογεῖσθαι* 2, 5, 4; 2, 48, 4; 3, 71, 5; 10, 42, 4; *λαλεῖν* 31, 20, 13; *χρηματίζειν* 2, 54, 4; 3, 66, 6. *λαλεῖν* antea significat *loquacem esse.*

Pax est veteribus *εἰρήνη.* Pol. multo saepius quam *εἰρήνη.* usurpat *διάλυσις* et *διαλύσεις.* 1, 68, 10; 5, 29, 4; 2, 32, 3.

Societas foedus veteribus est potissimum *συμμαχία.* Pol. saepe substituit in hujus vocabuli locum *κοινοπραγία*: *λαλεῖν ὑπὲρ κοινοπραγίας* 7 2, 2 et alias saepe; prim. apud nostrum.

Pacta saepe sunt *ὁμολογίαι*, sed etiam *τὰ ὁμολογηθέντα, διομολογήσεις*; *διομολόγησις* prim. apud nostrum.

Foedus rumpere et ruptio foederis est *ἀθετεῖν* et *ἀθεσία*, nova apud Pol. vocabula; multo saepius adhibetur *ἀθεσία* quam *ἀπιστία.*

Hic liceat pauca ascribere *de vocabulis navalibus.*

Mare est veteribus potissimum *θάλασσα.* — *πέλαγος, πόντος, πόρος* apud superiores minus in usu sunt quam apud nostrum. Primum multo saepius apud poëtas occurrunt, deinde *πέλαγος* et *πόντος* altum mare significant aut de singulis parvis maribus ponuntur; apud Polyb. haec vocabula miscentur neque raro idem valent quod *θάλασσα.* — Variatur 1. 73, 4 et 5: de una eademque parte maris dicitur primum *θάλαττα*, deinde *πέλαγος.* Variatur 2, 14, 4: *Ὁ Ἰόνιος πόρος* et *τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος*, subinde *Ἰόνιος πόρος, Σικελικὸν πέλαγος.*

Navis est veteribus *ναῦς*; multo rarius habent *πλοῖον*, imprimis notione *navis onerariae.* Apud Pol. utrum vocab. saepius sit dictum, non possum dicere. Accedit in nostri libris aliud vocabulum. *σκάφος*, verb. poëticum, saepissime a Pol. eodem sensu adhibitum, quo *ναῦς* et *πλοῖον.*

Pro naviculis Pol. habet multa vocabula: *λέμβος, ἀκάτιον, πρίστις, πορθμεῖον, ἡμιόλιος.*

Navigare est *πλεῖν*; apud Pol. praeter hoc vocab. saepe habemus circumscriptionem *ποιεῖν* vel *ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν.*

In deliciis habet Pol. *πλοΐζεσθαι*, quod raro apud superiores usurpatur.

θάλασσα πλωτεύεται mare pernavigatur 16, 29, 11; prim. apud nostrum.

ταχυναυτεῖν jam apud Thuc. legimus, sed Pol. demum in linguam, quae vocatur, literatam transtulit.

ὁμοπλοεῖν una navigare, semel et prim. apud nostrum dictum videtur.

ἱστιοδρομεῖν velis expansis navigare, *ναῦς ἱστιοδρομοῦσα* 1, 60, 9.

Velum est veteribus *ἱστίον*, quod in Pol. libris non inveni. — Pol. primus habet: *ἐκπετάσας πᾶσι τοῖς ἀρμένοις* 1, 44, 3; *ἐπαράμενος τὸν δόλωνα* 16, 15, 2; *δόλων* est minimum navis velum. Vocab. prim. apud Pol.

Pro *περαιοῦσθαι*, *traicere* saepe habemus *διακομίζεσθαι* et *διαίρειν*; *εἰς Σαρδόνα διῆρε* 1, 24, 5; *διάρας τὸν κόλπον* 5, 16, 5; *διαίρειν* prim. apud nostrum. Traiectus est inde a Xen. *ὑπερβολή*; *δίαρμα* prim. apud Pol. Solitum vocab., etiam apud nostrum, *διάβασις* est.

De universa vocabulorum militarium indole.

A. De multorum vocabulorum causis.

B. De fontibus horum vocabulorum.

A. I. Variatio.

Jam si ea, quae dicta sunt, diligentius examinamus, id potissimum sub oculos cadit, quod Pol. ingenti fere vocabulorum vel novorum vel in novum sensum translatorum copia usum esse videmus. Et causam hujus rei quaerenti ea videbitur gravissima esse, quod scriptor unam eandemque notionem in duobus vel tribus enuntiatis, quin immo in uno enuntiato, iterum atque iterum repetit itemque hanc notionem omni modo variare verbis conatur. Quam iterationem notionum et vocabulorum variationem praecipuum elocutionis Polybianae signum esse existimo.

Habemus plurima exempla: 1, 16, 6—8 artissimo spatio; *χορηγίαι* — *ἀναγκαῖα* — *ἐπιτήδεια*. 1, 17, 5 sequitur *χορηγία*.

1, 17, 12—13: *ὑπεναντίοι — ἐχθροί — πολέμιοι.*

Variatio notionis *πολέμιοι* imprimis memorabilis est 3, cap. 81; deinceps habemus: *ἀνταγωνισταί — ἐναντίοι — ὑπεναντίοι — πολέμιοι — ἐχθροί — ἀντιταττόμενοι — ἐναντίοι.*

1, 23, 7 invenimus: *ναῦς — πλοῖον — σκάφη.*

1, 25, 8—9 occurrit: *κατέσχον — ὑπερῆραν εἰς Ἔκνομον — Λιλυβαίῳ προσέσχον — πρὸς Ἡράκλειαν τὴν Μινῴαν καθωρμίσθησαν,* quae omnia vocab. significant *navibus pervenire.*

1, 31, 5—8: *τὸ βάρος τῶν ἐπιταγμάτων — οὐδὲν βαρύτερον τῶν τότε προσταγμάτων — δυσαρεστήσαντες τοῖς προτεινομένοις.*

1, 33, 1 habemus: *πορείας ποιουμένους διὰ τῶν ὁμαλῶν τόπων καὶ τὰς στρατοπεδείας τιθέντας ἐν τοῖς ἐπιπέδοις τῶν χωρίων.* Magna sane est oneratio fluminis orationis tot et tam prope vocabulis positis, sed mire variat Polybius: *τόποι — χωρία; ὁμαλός — ἐπίπεδος; ὁμαλοὶ τόποι* adj. et subst. — *τὰ ἐπίπεδα τῶν χωρίων* (circumlocutio.)

1, 36, 5—8: *καταρτίζειν τὸν στόλον — ἐξαρτύειν τὸν στόλον — ἐπισκευάζειν σκάφη.*

1, 31 6, et 9: *τὸ βάρος τῶν πλοίων — ἡ βαρύτης τῶν πλοίων.*

1, 57, 7 et 8: *συμπτώσεις — συμπλοκαί.*

1, 60, 6: *ἄνεμος — πνεῦμα.*

1, 61, 3—4: *ἐπιβάται — ἐπιβατικά.*

1, 63, 5—8: *σκάφη πεντηρικά — πεντήρεις — πεντηρικὰ πλοῖα.* Notabile est intellegere, quibus modis notionem *πεντήρης* circumscribere et variare conetur. Ut enim variatione uti possit scriptor, ad circumlocutionem declinat.

1, 66, 5—7: *ὀψώνιον — σιταρχία — ὀψωνιασμός* (stipendium).

Θάλασσα — πέλαγος 1, 73, 4—5. 1, 74, 3 habemus: *καταπληξάμενοι τοὺς ὑπεναντίους τῷ πλήθει τῶν θηρίων (εἶχε γὰρ οὐκ ἐλάττους ἑκατὸν ἐλεφάντων)*; priores unum vocab. omissuros fuisse puto.

1, 74, 5: *χάραξ — παρεμβολή — στρατοπεδεία.*

1, 78. 2 et 3: *εἰς τὴν στρατοπεδείαν ἧκεν, ἔχων περὶ*

αὐτὸν Νομάδας εἰς ἑκατόν, καὶ συνεγγίσας τῷ χάρακι τολμηρῶς ἔμενε κατασείων τῇ χειρί. Iterum duplex est notio castrorum, quamquam omnino non necessaria, sed variatur.

2, 11, 5, 2: *ἔδωκαν σφᾶς εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν — προδεξάμενοι εἰς τὴν φιλίαν — δόντων ἑαυτοὺς εἰς τὴν ἐπιτροπήν — παραλαβόντες εἰς τὴν πίστιν — δεξάμενοι εἰς τὴν φιλίαν — προσδεξάμενοι εἰς τὴν ἑαυτῶν πίστιν.*

2, 27, 7 et sequ. *παρεμβάλλειν — ποιεῖσθαι ἔκταξιν — διακοσμεῖν — τάττειν.*

2, 34, 12—15: *θρασέως — εὐρώστως — εὐθαρσῶς.*

2, 54, 3: *χωρία — φρούρια;*

2, 54, 11—13: (*κατὰ κράτος*) *εἷλε — λαβόντων ὑποχείριον — παραλαβὼν τὰς πόλεις.*

2, 54, 5—6: *ἀφησυχάζειν — τὴν ἡσυχίαν ἄγειν.*

Ibidem: *θάρσος ἐνεργασάμενος — εὐθαρσεῖς πεποιηκώς.* —

2, 69, 1—4; invenimus variationem: *κίνδυνος — χρεία — ἀγών — συμπλοκή — χρεία — μάχη.*

3, 35, 2—3: *κατεστρέφετο — ποιησάμενος ὑφ' ἑαυτόν.*

3, 73, 6 et 8: *τὰ βαρέα τῶν ὅπλων — οἱ ἐν τοῖς ὅπλοις* (aut saepe occurrit alia variatio *οἱ ἐν τοῖς βαρέσιν καθοπλισμοῖς*).

2, 76, 9 et 10: *οἱ ἀπὸ τοῦ στόλου — οἱ ἀπὸ τῶν πλοίων.*

2, 83, 6 et 84, 1 *σπεύδων συνάψαι* (*τῶν πολεμίων*) — *ἐξάπτεσθαι τῶν πολεμίων — συνεπεχείρει τοῖς πολεμίοις.*

3, 88, 3—6: *καταφθείρας — ἐπόρθει — ἐπέτρεχε — ἐλεηλάτει.*

3, 94, 7 et 95, 2: *χειμασία — παραχειμασία.*

3, 113, 3 et 8: *ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας ἐξέτεινε — ἐπὶ μίαν εὐθεῖαν ἐξέτεινε.*

Extremo tertio libro non longe inter se absunt pro *decernere*: *κρίνειν — βραβεύειν.*

4, 6, 2—5: *καταλαβέσθαι — κατέχειν — ἐκπολιορκεῖν — κατὰ κράτος ἑλεῖν — σφετερίζεσθαι.*

4, 19, 7 et 9: *διισθμίζειν — ὑπερισθμίζειν.*

4, 64, 10 et 65, 4: *εἰς ἔδαφος καθεῖλε — κατέσκαψε πᾶν εἰς ἔδαφος.*

4, 71, 2: *πολεμητήριον — ὁρμητήριον.*

4, 87, 5 et 8: *ἡ περὶ τὸ σῶμα φυλακή — ἡ θεραπεία* (corporis custodia).

5, 5, 1—2: *ποεῖσθαι τὴν ὁρμὴν εἰς τὴν Θετταλίαν — ἐμβαλεῖν.*

5, 13, 8 10: *εἰς τὴν ὑστεραίαν — τῇ δ' ἑξῆς — τὴν ἐχομένην ἡμέραν — τῇ δ' ἐπιούσῃ.*

5, 50, 1—2: *ὀψώνιον — σιταρχία* (stipendium).

5, 65, 3—6: *συνεγύμναζον — παρεσκεύαζε — ἀσκήσας.*

5, 79, 3—12: *τούτων ἐπιμέλειαν εἶχε καὶ τὴν ἡγεμονίαν Βύτταχος — ὑπὸ Θεόδατον ἦσαν — ἧς (φάλαγγος) ἡγεῖτο — ὧν (Θρακῶν) ἡγεῖτο — οἷς ἀκούειν προσετέτακτο τοῦ Μήδου — ὑπετάττοντο Ζαβδιβήλῳ — τοῖν δ' ἡγεῖτο — εἶχε τοὺς μετ' Εὐρυλόχου — τοὺς ὑπὸ Ζέλον ταττομένους — οἱ μετὰ Λυσιμάχου — εἶχε τὴν ἡγεμονίαν — ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἐτέτακτο.*

ποιουμένων τὰς ἐπιδρομάς — ἐποιοῦντο τὰς καταδρομάς.

5, 99, 7—10: *ὄργανα — παρασκευαί — μηχανήματα — ἔργα.*

1, 32, 7: *ἐν κόσμῳ — ἐν τάξει;*

1, 33, 1: *στρατοπεδείαν τιθέναι — καταστρατοπεδεύειν.* —

1, 33, 3: *προεστῶτες — ἡγεμόνες — ἡγούμενοι — στρατηγοί.*

1, 33, 4 et sequ. *οἱ πολλοί — πλῆθος — ὄχλος.* —

1, 42, 13: *ἀγών — συμπλοκή — παράταξις.*

1, 49: *συνάγω — ἀθροίζω — συλλέγω.*

1, 60, 2—3: *ἐπιτήδεια — ἀναγκαῖα — ἀγοραί.* —

1, 60: *παραβάλλεσθαι — ἀγῶνα ποιεῖσθαι — ἀγωνίζεσθαι.*

1, 62: *σπονδαί — διαλύσεις — συνθῆκαι.*

1, 69: *εὐλαβούμενος — ἀγωνιᾶν.*

1, 69, 10 et 14: *προέρχομαι — προπορεύομαι.* Memoratu est dignum hoc loco Polybium solitum vocabulum pro *exsistere: παρέρχεσθαι* non adhibere.

1, 75: *γεωλόφοι — λόφοι.*

2, 25: *καταστρατοπεδεύειν — αὐλίζεσθαι — παρεμβάλλειν.*

2, 27: *ἀπ' οὐρᾶς καὶ τὴν κατὰ πρόσωπον,* varietas locutionum; subinde sequitur *κατὰ στόμα.*

2, 48, 1—2: *κακοπαθεῖν — δυσχρηστεῖσθαι — θλιβόμενος — πιέζεσθαι.* —

2, 51, 3: ἠλαττώθησαν — ἡττήθησαν — ἔπταισαν.

2. 67, 2—3: ἐκ τῶν κατόπιν — κατ' οὐράν — κατόπιν.

2, 68: σύνταξις — παράταξις — στάσις — παράστασις — συμπλοκή — χρεία — μάχη.

3, 17, 4 et 8: ἐνεργὸς ἐγίγνετο περὶ τὴν πολιορκίαν - ἐνεργῶς προσέκειτο τῇ πολιορκίᾳ.

2, 68, 8: ταλαιπωρία — κακοπάθεια.

3, 51, 4—7: ὑποζύγιον — φορτίον — τὸ σκευοφόρον.

3, 56, 6: μέτωπον — πρόσωπον.

3, 76, 9—12: τὰ πεζικὰ στρατόπεδα — οἱ πεζοί — ἡ πεζὴ στρατιά.

3, 90, 2: τηρεῖν — ἐφεδρεύειν.

3, 90, 10 -11: ἐκχωροῦσι τῶν ὑπαίθρων — παραχωροῦσι.

3, 95, 4 5: ποιεῖσθαι τὴν ἀπάντησιν — ἀπαντᾶν.

3, 111 et 112: χάραξ — στρατοπεδεία —- παρεμβολή — χάραξ — παρεμβολή — χάραξ.

3, 115: μηνοειδὲς κύρτωμα — μηνίσκος — μηνοειδὲς σχῆμα.

3, 115, 9: κλίναντες — ποιούμενοι τὴν κλίσιν.

5, 77, 3—6: προσχωρεῖν — προστίθεσθαι — ἐγχειρίζειν σφᾶς αὐτούς.

9, 4, 4: χόρτασμα — χόρτος.

9, 17 et 18: πραξικοπεῖν — διὰ πράξεως ἑλεῖν.

10, 18, 5 et 7: θαλαττουργοί — ἁλιεῖς.

10, 12, 4: προσβολή — ἐπιβολή.

10, 37, 9—10: τηρεῖν πίστιν — εὔνοιαν.

10, 49, 2: ἐποιήσατο τὴν πορείαν — πορείᾳ χρώμενος ἐνεργῷ.

11, 28, 3, 7: σιταρχία — ὀψώνιον — μισθός.

6, 19, 2—3: στρατείας τελεῖν, — στρατείας στρατεύειν.

6, 19, 5—6: οἱ ἐν ταῖς ἡλικίαις — στρατεύσιμοι.

6, 24, 8: ἡγεῖται τοῦ δεξιοῦ μέρους τῆς σπείρας - τῶν εὐωνύμων ἀνδρῶν ἔχει τὴν ἡγεμονίαν.

2, 66, 10—11: σινδών — φοινικίς pro vexillo.

Ejusmodi variationis exempla innumerabilia afferre possum neque solum e sermone militari, ad quem omnes fere quas adhuc dixi variationes pertinent, sed paene ex omnibus Polybiani sermonis partibus. Nonnulla afferre mihi liceat:

Variationem habemus 1) in praepositionibus: *συμπίπτειν, προσπίπτειν, παραπίπτειν* aggredi, saepe etiam *ἀντιπίπτειν*.

κατασκευή — παρασκευή;
ἀποκλείειν — διακλείειν;
ἐνίστασθαι — ἀνθίστασθαι resistere;
ἀνασκάπτειν — κατασκάπτειν delere.

Memorabile sane est hanc variationem inveniri: *πρός τε τοὺς ἐν γῇ κινδύνους ἐκ παρατάξεως γενναιότατοι πρός τε τὰς κατὰ θάλατταν ἐκ τοῦ καιροῦ χρείας ἑτοιμότατοι* 5, 2, 5; variationem habemus in *κινδύνους* et *χρείας* et notabilem: *ἐν γῇ* et *κατὰ θάλατταν*; superiores semper habent: *κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν*.

5, 14: *ἀποπειρᾶσθαι — καταπειράζειν*. Variatio est 2) in adverbiis et conjunctionibus: *ὁπότε τὴν ὑποκάτω* (scil. *χιόνα*) *ἐπιβαῖεν* — subinde bis *τὴν κάτω χιόνα διακόπτειν* 3, 55; Hoc loco non solum variationem deprehendi puto, sed etiam Polybium non prorsus a numerose dicendi genere abhorrere mihi persuasum est. Nam *ἐπὶ τὴν κάτω καὶ συνεστηκυῖαν ἐπιβαῖεν* prorsus a rhythmo, quem vocamus, alienum esse existimo; *τὴν κάτω χιόνα* per se ipsum plenius et numerosius aures nostras perstringit.

Post hanc digressionem alia variationis exempla afferam:

Ἐάν — ἄν; ὅτι — ὅτε — εἰ; ἄν — ὅταν; πῶς — πότε — δι' ἃς αἰτίας.

Variationem deprehendimus 3) in relativis et demonstrativis: *ἃς μέν — τὰς δέ; τὰ μέν — ἃ δέ; ὅτε μεν — τότε δέ; τότε μέν — ἔστι δ' ὅτε; ὅπου — ποῦ; οἷς — ὅσοι.*

Variat porro Pol. casus: 3, 113, 3 et 8: *ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας ἐξέτεινε — ἐπὶ μίαν εὐθείαν ἐξέτεινε.*

Multus est Pol. in variatione numeri: *μετὰ τῆς δυνάμεως — ἔχειν τὰς δυνάμεις* 2, 52, 7—8.

ὑπὲρ τῶν διαλύσεων — ἀλλότριος διαλύσεως 5, 100, 9—10;

Hoc loco annotandum est Polybium multorum vocabulorum singularem et pluralem numerum adhibere variationis et hiatus vitandi causa. Habemus *τὸ λαιόν* et *τὰ λαιά;* in sequentibus exemplis singularem brevitatis causa amitto: *ἐκ τῶν εὐωνύμων;* —

ἐκ πλαγίων 10, 39, 6; *ἐπὶ τὰ δεξιὰ μέρη* 10, 39, 4; *ἐκ τῶν κατόπιν* (scil. *μερῶν*) 2, 67, 2; *ὠφέλειαι* praeda; *τὰ πεδία* 1, 30, 9; *τάξεις* acies; *στρατοπεδείας τιθέναι* 1, 33, 1; *ἐπιφάνειαι* apparitio hostium: *τὰ πλήθη*, *οἱ ὄχλοι* — *τὰ ἱππικά* — *αἱ παρακομιδαί* commeatus 8, 31, 10 — *παρ' ὧν πίστεις λαβών* 23, 8, 6 — *τὰς ἐνέδρας τιθέναι* 3, 71, 2 — *εὐψυχίαι* fortis animus — *ἀπὸ τῶν εὐωνύμων* a sinistro cornu — *ὀψώνια* stipendium — *ξενικόν* et *ξενικά* — *ὀχυρότης* et *ὀχυρότητες* — *βοήθειαι*, *παραβοήθειαι* saepe, — *ἐπάρκεια*, *ἐπάρκειαι* — *ἔντευξις* et *ἐντεύξεις* conventio, colloquium — *διάλυσις* et *διαλύσεις* pax — *καθοπλισμός* in singulari et plurali numero — *λάφυρον* et *λάφυρα* praeda.

Nonnullis locis Polybius singularem numerum praefert, ubi nos pluralem desideramus, imprimis in participiis. Affert Stichus pag. 13: *πᾶν τὸ λεγόμενον* 3, 9, 1; — *πᾶν τὸ παραπῖπτον* 3, 12, 6; *πᾶν τὸ ὑποδεικνύμενον* 3, 12, 2. — *τὸ λεγόμενον* 8, 21, 9; et ita pergit vir doctus: *τὰ λεγόμενα*, *τὸ ῥηθὲν* etc. promiscue ponuntur, ita tamen, ut multo pluribus locis legatur singularis modus talium participiorum.

Ex vocabulis militaribus multo saepius invenias positum *σκευοφόρον* „der Tross", quam *σκευοφόροι* et *σκευοφόρα*, quae formae apud veteres locum habent.

Unum denique afferendum esse puto de numeri variatione, quod Pol. hujusmodi exempla haud raro affert: *Πόπλιος ἀναζεύξας ἐποιεῖτο τὴν πορείαν* — *Ἀννίβας δὲ τὴν ἀναζυγὴν αὐτῶν*. — *προῆγε ὡς προδήλου τῆς νίκης αὐτοῖς ὑπαρχούσης*; Kaelk. pag. 264. *ζητοῦσι* 6, 36, 7 et 8 — *καλεῖ*; *σύγκλητος* *ἐκεῖνοι*, multo alia. Non dissimile est, quod Kälkerus annotat pag. 265: *Ῥώμην* — *οἱ δὲ* 3, 107, 6 et 7, quasi in antecedentibus incolae nominati sint.

Venimus ad aliam variationem, generis verbi: 2, 83, 6 et 84, 1: *σπεύδων συνάψαι* (*τῶν πολεμίων*) — *ἐξάπτεσθαι τῶν πολεμίων*.

5, 14: *ἀποπειρᾶσθαι* — *καταπειράζειν*.

στρατεύομαι — *στρατεύειν*.

Modi variantur: *γράψαι ἐθάρρησαν διότι Ῥωμαίοις καὶ*

Καρχηδονίοις ὑπάρχοιεν συνθῆκαι — καὶ διότι ὑπερέβαινον Ῥωμαῖοι τὰς συνθῆκας (annotavit Kaelk. p. 265).

ἵνα μηδεὶς κατοπτεύσῃ, ἀλλ' οἱ μὲν ὑποχείριοι γένοιντο, οἱ δὲ ἀπαγγέλλοιεν 8, 28, 5;

Tempora variantur: Kälk. pag. 266 affert: *ἐκρίθη — μετακομίζειν* 9, 10, 2 *καὶ ἀπολιπεῖν; — ἢ κυριεύειν* 6, 37, 13 *ἐλπίζοντες ἢ διαφεύξεσθαι. — πεπεισμένοι τὸν μὲν Ἀχαιὸν σφίσι βοηθεῖν, αὐτοὶ δὲ ἀντιπεριστήσειν.*

Praesens historicum, aoristus, imperfectum saepe variantur: *ἀποπλέων ἐντεῦθεν κατῆρε καὶ καταλαμβάνει* 1, 56, 3; — *τίθεται συνθήκας και ἐποιεῖτο τὴν πορείαν* 1, 11, 7 et 8. — *ἀπεβίβασεν — ἔπλει* 3, 18, 10. — *ἐξαπέστελλον — παρήγγειλαν* 3, 40, 14; —

καταφέρονται — καὶ ἐποίησαν 6, 9, 3.

In terminatione vocabulorum Polybium variasse haec exempla docent: *χορήγιον — χορηγία; φυλακεῖον — φυλάκιον — φυλακτήριον — φυλακή; — παρασπόνδημα — παρασπόνδησις; ὁμολογία — ὁμολόγησις; ὅμηροι — ὅμηρα; δίωγμα — διωγμός; σημεῖον — σημαία; ἀχορηγία — ἀχορηγησία; χόρτος — χόρτασμα; νίκη — νίκημα; κατόρθωμα — κατόρθωσις; εὐημερία — εὐημέρημα; ἐλάττωσις — ἐλάττωμα; σκάφος — σκάφη; ἐπιβάται — ἐπιβατικά.*

Hoc loco annotare non alienum est Polybium neutra in *μα* in deliciis habere; *ἄθλημα, ἀγώνισμα — κύρτωμα — σύστημα* manus, exercitus, — *ἀκόντισμα — χάλκωμα* lorica — *νίκημα, κατόρθωμα, εὐτύχημα, προτέρημα* victoria — *ἐλάττωμα, ἀπόπτωμα, σύμπτωμα, ἀτύχημα,* clades — *ἔγκλιμα* recessio, fuga — *φρόνημα* animus fortis animus — *μέτρημα* stipendium — *δίωγμα — τάγμα, ἐπίταγμα, πρόσταγμα — δίαρμα* traiectus.

Ut progrediamur in varietate demonstranda, Pol. saepissime rectam et obliquam orat. miscet. *Ἡμεῖς, ὑμεῖς,* verba finita in ea nobis occurrunt. Quod pluribus verbis adumbrat Kaelk. pag. 262.

Praeterea activum et passivum, concretum et abstractum, transitivum et intransitivum, substantivum et adjectivum mutari partim vidimus, partim videbimus, ut fluctuans quoddam dicendi

genus oriatur; et profecto initio operae meae saepe Anglorum linguae memineram, in qua unum vocabulum diversis et variis est significationibus, nisi quod apud Anglos haec ratio multo latius patet, adeo ut unum idemque vocabulum simul et substantivum et adjectivum et verbum esse possit.

Sed haec hactenus! Ex eis, quae adhuc attuli, Polybium in vocabulis, locutionibus, formis, temporibus, modis etc. passim per omnes libros saepissime variationem usurpasse luculenter apparet. Quae mutatio tam manifesta esse mihi videtur, ut eam ad formas ejusdem vocabuli, ad formam scribendi transferre velim, contra Kaelkeri sententiam. Qui vir doctus semper scribendum esse censet: *αὖτις* (non *αὖθις*), *αἰεί*, *οὐθείς*, *μηθείς*; ego Polybium has formas cum *αὖθις*, *ἀεί*, *οὐδείς*, *μηδείς*, miscuisse existimem. Codices praebent variationem, Pol. multus est in variatione. Jam si verum est in inscriptionibus ejusdem aetatis *οὐθείς* inveniri, non minus verum est Polybii et vitam in ipsa fluctuatione et mutatione linguae Graecae versatam esse et ingenium hujus variationis studiosissimum fuisse.

Atque sic hoc vitium librariis tribuendum esset, plura sane fuissent, quae in unam eandemque formam apud Pol. redigenda erant. Habemus *μαστός* et *μασθός*. 3, 72, 4 codices optimi praebent: *ἕως τῶν μασθῶν*; 2, 65, 7 omnes cod. praebent *μαστῶν*; item 1, 56, 6; contra 15, 31, 13 plurimi exhibent *μασθός*. Librarios porro, nisi veteres formas ante oculos habuissent, omnibus locis recentiores posituros fuisse existimo.

Nonnulla deinde affert Kaelkerus, quae Polybii esse non posse contendit: genitivus *δυοῖν* duobus locis, alias *δυεῖν*; *θαρσεῖν* uno loco, alias *θαρρεῖν*: uno loco *σῦς*; alias *ὗς*; quae omnia ad variandi studium revocem. Quod hae formae raro vel semel inveniuntur, apud nostrum tot *ἅπαξ εἰρημένα*, quae vocantur, occurrunt, quot haud facile apud alium scriptorem locum habent. Ita non offendor in diverso genitivo *Ἀδρίου* — *Ἀδρία*, non in variis formis *βασιλεῖς* — *βασιλέας* in accusativo pluralis, *ναῦς* — *νῆας*.

Quodsi Kaelkerus mirum esse existimet, quod Polybius, si haec variatio propria est dictionis ejus, non ita variet, ut altera

forma alteram excipiat, respondendum est, has formarum diversitates minutiores et difficiliores esse, quam ut earum ordinem tam diligenter observet quam in longa serie totorum vocabulorum et locutionum factum est. Ceterum haud ita anxie hujus variationis studiosum fuisse Pol. puto, id quod non opus est, quoniam in ceteris orationis partibus diligentissimus est et velut vocabulum *ναῦς* non iterum statim *ναῦς*, sed *πλοῖον*, *σκάφος* sequi solet.

Unum sane, priusquam disputationem de variatione ad finem perducam, commemorandum est: *Nonnulla hiatus vitandi causa variantur*, sed ejusmodi exempla multo pauciora sunt, quam quae per se ipsa sine ulla alia causa variantur.

2, cap. 20 habemus: *ἐπαγγέλλειν πόλεμον* post vocab. in consonantem excidens, *προαγγέλλειν* post vocalem.

Kaelkerus in dissertatione sua dicit: Ante consonantes solet scribere Pol. *δεικνύαι*, contra ante vocalem *δεικνύειν*. Equidem praetulerim hoc modo rem explanare: Ante vocalem habet Pol. *δεικνύειν*; alias variat formas; velut invenimus *ἀναζευγνύειν* ante consonantem 3, 78, 5; quae regula ad omnes fere varietates, quas Kaelkerus praefert a Pol. hiatus vitandi causa adhibitas, revocanda est:

1, 2, 1: *ὡς δ' ἔστι παράδοξον*, quamquam *ὅτι* locum habere potest.

1, 4, 8: *ὁμολογήσειν διότι*, per *ὅτι* oratio non hiaret.

1, 72, 2: *πολλοῖς ἀνώτερον χρόνοις* pro *ἄνω*.

προσαγγελίας διότι 10, 49, 1.

χάριν διότι 10, 46, 4;

βακτηρίας, *κἄπειτα*; *ἔπειτα* sufficiat 10, 44, 7.

θαυμάσειε τὴν, etiam ante consonantem ponitur optativus in *ειε*, non solum ante vocalem 10, 44, 7;

ἀνθομολογησαμένων διότι 10, 38, 2; *ἔχειν διότι* 10, 37, 10;

φυλακῆς ἕνεκεν τῶν συγκυρούντων, ante consoantem.

Pari modo in vocabulis militaribus variationes raro ad hiatum referendas esse haec exempla docent: 3, 74. 2 *δίωγμα* locum habere optime potest propter sequentem consonantem,

sed *διωγμός* habemus; 3, 67, 7 *ὁμήρους κατὰ τὴν πρόθεσιν*, quamquam *ὅμηρα* hiatum non efficeret.

Semel habemus *ποιουμένων τὰς ἐπιδρομάς* — paulo post *ἐποιοῦντο τὰς καταδρομάς*. Si iterum *ἐπιδρομαί* dictum esset, hiatus non fieret. Sed Polyb. variationem per se ipsam amat, non solum ob eam causam, ut aliam offensionem evitet.

Variatio est igitur prima et gravissima causa multorum Pol. vocabulorum vel novorum vel in novam significationem traductorum. Quae variatio ea certe ratione adhibetur, ut repetitio vitetur. Hoc variandi studium per nomina, verba, numeros, tempora, modos, formas vocabulorum etc. tam late patet, ut ea ipsa praecipuum elocutionis Polybianae signum ante oculos nobis ponatur. Ipse Kaelkerus non negat variare Polybium, cum dicat: Apparere videtur Polybium minime eum esse, qui temere varia ac diversa miscuerit, sed semper certa quadam ratione ductum orationem variasse et mutasse. (Ratio est Kaelkero hoc loco *hiatus)*. Quae praeterea invenitur varietas alio modo explicatur; neque enim negari potest operam dedisse scriptorem, ne quae per se satis angusta et exilis esse elocutio, etiam aridior fieret semper iisdem eiusdemque verbi formis adhibitis. Itaque si cujus verbi duplices in usu sunt formae, iis ita utitur, ut, si uno eodemque loco idem verbum bis vel saepius poni necesse sit, variae formae se excipiant." Affert deinde: *Λάκων* — *Λακεδαιμόνιος*; *Γαλάται* — *Κελτοί*; *Φοίνιξ* — *Καρχηδόνιος*; *πρεσβευταί* — *πρέσβεις*; *οἰκειότης* — *ἀναγκαιότης*; *ἐκλογή* — *αἵρεσις*; *παχεῖς* — *στερεός*. In antecedentibus vidimus etiam quattuor vel quinque vocabula pro una notione mutari.

Sed in animo mihi non est contendere, semper et omnibus locis Polybium vocabula mutasse. *Regula est variandi*, sed exceptiones hujus regulae occurrunt nonnullae. Id mihi est mirum visum, quod iterationes hujusmodi exstant: Vocabulum quoddam (vel locutio) *inusitatius* occurrit, deinceps saepius iteratur: *αὑτὸν πιστεύειν* — *αὑτὸν ἐγχειρίζειν καὶ πιστεύειν* 21, 4, 10; *ἐξοδεύειν* (*στρατεύεσθαι*), *ἐξοδεία* 4, 54, 1 et 54, 3.

ἄρχειν χειρῶν ἀδίκων 2, 45, 6; 2, 56, 14. *ἐξάπτεσθαι*

τῆς οὐραγίας 4, 11, 6; 4, 12, 1. *ψυχομαχεῖν* 1, 58, 7; 1, 59, 1; *ψυχομαχία* 1, 59, 6.

Aliud genus iterationis est, cum vocabulum quoddam proprie de aliqua re dicitur, velut *λέμβος* de lintribus Illyriorum, *πορθμεῖον* de lintribus Gallorum, *πόρος* de mari Jonio, *πέλαγος* de Sicilico et Sardiniensi.

Ac si longius procedere licet, haud scio an ex variatione unius scriptoris, Polybii, variatio et diversitas et arbitrium dicendi complurium scriptorum, eorum, quorum quae dicitur *κοινὴ διάλεκτος* propria est, deducenda sint. Bernhardy quidem, vir doctissimus, dicit: „Wir müssen vorzüglich in der Ungleicheit und Subjektivität einen wesentlichen Zug der *κοινή* erkennen, wenn auch ihre Genossen in einer Familie zusammengehen; sie bilden jedesmal ein besonderes Problem, das grammatisch und rhetorisch erforschen will."

Polybio Diodoro Plutarcho de verborum copia et de genere dicendi diligenter examinatis et collatis perspicuum fore credo, notam fuisse illius sermonis, quem *κοινήν* vocamus, variationem dicendi et liberum arbitrium. Quod non difficile est intellectu: Classicae, quae dicuntur, litterae, in arto spatio sunt ortae. Alexandri potissimum opera semen Graecorum et linguae et ingenii in diversissimas terrae partes dispersum est. Quid mirum, si singulae plantae in aliena terra paulo aliam ac domesticam sequantur naturam?

A. II.

Sed haec mittamus et alteram magnae Polybii vocabulorum copiae causam quaeramus. *Ea est latitudo dicendi.* Pol. multus est in duplicandis vocabulis, id quod *ἓν διὰ δυοῖν* nominamus: *ὡς ἐχθροῖς ἡμῖν κέχρηνται καὶ πολεμίοις* 15, 8, 12: *ἐν κόσμῳ καὶ τάξει* 1, 21, 11; *διακινδυνεύειν καὶ ναυμαχεῖν* 1, 26, 2; *συνεπλέκοντο καὶ διηγωνίζοντο* 1, 28, 2; *συνίστατο ἔργα καὶ πολιορκίαν* 1, 30, 5;

ὁρμὴν καὶ προθυμίαν θεωροῦντες 1, 33, 5.

ἀναπείρας καὶ μελέτας ποιῶν 1, 59, 12; *ὑπὲρ σπονδῶν καὶ διαλύσεων* 1, 62, 5.

ὁμολογίας ποιήσασθαι καὶ διαλύσεις 1, 88, 4: *ἐπιβουλὴ καὶ πρᾶξις ἐπὶ τὴν πόλιν* — *εἰρήνην ἐποιήσατο καὶ συνθήκας* 2, 18, 9 — *περικακοῦντες καὶ δυσχρηστούμενοι* 2, 30, 4 *παρακομιεῖν καὶ περαιώσειν τὰ θηρία* 3, 46, 5 — *ἐπυρπόλει καὶ κατέφθειρε τὴν χώραν* 3, 82, 10 — *μάχεσθαι καὶ συμβάλλειν τοῖς πολεμίοις* 3, 111, 1; multa alia. Quae vocabulorum duplicatio multum confert ad majorem verborum copiam, quod Polybius in studio multarum et variarum vocum semper novas quaerere cogitur.

Haud raro occurrunt etiam participia cum verbis finitis velut *ἐκκλίναντες ἀποχωροῦσι*, quae locutiones orationem multis verbis onerant.

Pleonasmi, qui dicuntur, saepe locum habent: *κατὰ πρόσωπον ἀντιπρώρους τάττοντες* — *δεκαναΐα μακρῶν πλοίων* 22, 10, 4; *ἐπαγγελλόμενος δεκαναΐαν δώσειν ἐντελῆ πεντηκοντηρικῶν πλοίων* 24, 6, 1; — *παρενέβαλον τοὺς πεζούς, ποιούμενοι τὴν ἔκταξιν ἅμα πρὸς ἑκατέραν τὴν ἐπιφάνειαν*, una formula sufficeret. — *ὅπλον φέρειν πολέμιον* — *μαχαίρας μαχαιρομαχεῖν* 10, 20, 3; *λόχῳ ἐνεδρευθείς* 8, 1, 2 — *οἱ ἁλισκόμενοι αἰχμάλωτοι* 3, 104, 1; *τὴν παρουσίαν συνέντες ἔκ τινος τῶν ἀχθέντων αἰχμαλώτων* 2, 27, 7; *ὁ νηΐτης στόλος* 8, 5, 1 — *ναυπηγεῖσθαι σκάφη* 1, 20, 9 — *ποιούμενος τὸν κίνδυνον ἐχρήσατό τινι στρατηγήματι κατὰ τὸν ἀγῶνα τοιῷδε.*

συναθροίσαντες τὰς δυνάμεις ἐπὶ ταὐτόν; κατόπιν ἀναχωρεῖν —

Pleonastice dicta sunt permulta, quae nos vel paucioribus vocabulis vel nudo articulo expresa velimus.

1, 17, 12—13 inter *ἐχθρῶν* et *τοὺς πολεμίους* tam artum spatium est, ut Polybium non adhibuisse pronomen *αὐτός* jure miremur. 1, 23, 7 invenimus arto spatio *ναῦς* — *πλοῖον* — *σκάφη*. Veteres *πλοῖον* omnino omisissent et nudum, quem dicimus, articulum posuissent, referendum ad antecedentem *ναῦς*: Neque *ἐν τῇ σκάφῃ* veteres posuissent, sed sententia totius enuntiati subintelligendum esse putavissent.

1, 31, 5—8: *ἐπιτάγματα* — *προστάγματα* — *προτεινόμενα* — (*βαρύτης*) — *προτεινόμενα* semel vel bis certe notio omittenda erat.

1, 37, 2 occurrit: *τῶν γὰρ ἑξήκοντα καὶ τεττάρων πρὸς ταῖς τριακοσίαις ναυσὶν ὀγδοήκοντα μόνον συνέβη περιλειφθῆναι σκάφη.*

1, 39, 4: *ἐκρίψαντες ἐκ τῶν πλοίων πάντα τὰ βάρη μόλις ἐκούφισαν τὰς ναῦς.*

1, 78, 2: *ἧκεν εἰς τὴν στρατοπεδείαν ἔχων περὶ αὑτὸν Νομάδας εἰς ἑκατόν καὶ συνεγγίσας τῷ χάρακι τολμηρῶς ἔμενε κατασείων τῇ χειρί.*

3, 81, 11: *καθάπερ γὰρ νεὼς ἐὰν ἀφέλῃ τις τὸν κυβερνήτην, τὸ ὅλον αὔτανδρὶ σκάφος ὑποχείριον γίνεται τοῖς ἐχθροῖς* etc.

Quam latitudinem dicendi alterum stili Polybiani signum esse puto. Ea certe ratione scriptor in hoc dicendi genere versatur, ut perspicue rem legentibus ante oculos ponat neque quidquam in medio relinquat vel judicio legentium permittat. Sermone utitur et eis, qui legunt, et sibi ipsi facili. Itaque, quae sentit, apertissime et clarissime hominum animis proponere vult et rebus enucleate explicandis magis mentes quam animos legentium excitare studet. Quo fit etiam, ut pro simplicibus verbis plerasque circumlocutiones habeamus per *ποιεῖσθαι, γίγνεσθαι περί*: *ποιεῖσθαι ὁρμήν — ἀναχώρησιν ποιεῖσθαι — μάχην ποιεῖσθαι — παραίνεσιν ποιεῖσθαι — ἀνάπλουν ποιεῖσθαι*, multa alia; *γίγνεσθαι περὶ παρασκευήν* 5, 91, 5. Aliae circumlocutiones: *τὰ πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας* res militaris, antea nude *τὰ πολεμικά; ἀναμίξ γίγνεσθαι* pro *μίγνυσθαι.* —

οἱ ἐν πράγμασιν ἀναστρεφόμενοι pro *στρατηγοί;*

διατετριφὼς ἐν ἡγεμονικῇ προστασίᾳ 8, 17, 1;

πολισμάτιον εὖ πρὸς ὀχυρότητα κατεσκευασμένον 2, 11, 6;

αἰχμαλώτους ἔλαβον 1, 3, 7 pro nudo *αἱρεῖν.*

ἔπλεον ἀντίπρωροι pro *ἀντιπλεῖν* 1, 23, 3; *ἀντιποιήσασθαι τῶν ἐν ταῖς ναυτικαῖς δυνάμεσιν ἐλπίδων* 1, 59, 2; et saepe alias.

μισθοφορικαὶ δυνάμεις pro *μισθοφόροι. πεντηρικὸν πλοῖον* pro *πεντήρης.* Sed non infitiandum est nonnullas circumlocutiones variationis causa positas esse.

Inveniuntur etiam hae circumlocutiones: *κατὰ τὰς ἐκ τῶν πλαγίων ἐπιφανείας* 3, 74, 2, ubi satis esset *ἐκ πλαγίων.*

ἐπὶ τὰ δεξιὰ μέρη τῶν πολεμίων 10, 39, 4.

ὑπὸ τῆς τοῦ λυσιτελοῦς ἐλπίδος ἀγόμενοι spe praedae ducti 2, 29, 9.

Polybius non solum legentibus, sed etiam *sibi ipsi* rem facilem reddere studet. Itaque quas sententias animo conformavit modo sibi facillimo et commodissimo, ne dicam, neglegentiore verbis exprimere quaerit. Ut facile et expedite sententiae in animo oriuntur, ita facile nulla arte circumscriptas litteris mandat. Inde tam multae repetitiones similium sententiarum, notionum, inde tam multae quas vocamus anacoluthiae per omnes libros dispersae, inde tam multa, quae neglegentiam quandam redolere confitendum est. Exempla hujus rei collegit Kaelkerus, pag. 267—275.

Sed de hac latitudine et commoditate dicendi satis dictum est. Unum restat commemorare, quod apud Pol. late patet. Scriptor enim amat *longis et latis verbis et vocabulis uti*, ut *latitudinem* etiam in forma singulorum vocabulorum habeamus.

Amplificat et promovet Polybius vocabulorum formam, si non alia re, at certe praepositionibus: *παρακομιδή* commeatus, alias *κομιδή*; — *κατακρατεῖν* vincere; *προφυλακή*, *παραφυλακή*, *παραφυλάττειν* — *ἐξασκεῖν* 10, 10, 8. — *παραχειμασία*, quod vocab. Pol. usurpare solet, antea *χειμασία*, et multa alia.

Deinde in deliciis habet scriptor amplas vocabuli formas, ut saepe quos dicimus diphthongos adhibeat aut pleniores vocales; saepissime utitur longioribus terminationibus, ut *in εια*, imprimis **autem amplificat compositione verborum.**

Hoc loco innumerabiles possum afferre voces, sed paucas enumerare satis habeo: *κομπάζεσθαι*, — *σύμπτωσις* — *παράπτωσις* — *ἀσπιδιώτης* — *ἐπαρχεία* — *ἐπικράτεια* — *προκοιτεία* (et *προκοιτία*) — *ἀνδρώδης* — *κατασκήνωσις* — *στρατοπεδεία* — *ἐξοδεύειν*, *ἐξοδεία* — *σιτηρέσιον*, *σιταρχία*, *σιτομετρία* — *χορτολογία* — *εὐημερία* — *εὐημέρημα* — *φυλακεῖον*, *ἀφυλακτεῖν* — *εὐτολμία* — *ἐκθυμία* — *ἀναζυγή* — *πολεμιστήριον* — *ἀπαραχώρητος* — *εὐκίνητος* — *ὁλοσχερής* — *ἀπολέμητος* — **ἀνεπάγγελτος, multa alia.**

Pro *λύειν* (redimere), *λύσις* plerumque legimus *λυτροῦν*.

λύτρωσις, ἀπολύτρωσις, διαλύτρωσις; διομολόγησις pro *ὁμολογία*; pro *πλεῖν* — *πλοΐζεσθαι*.

A. III.

Venimus ad tertiam magnae vocabulorum copiae causam. Non pauca enim verba, quibus Polybius utitur, prius inveniri non possunt, et quia res militaris non semper eadem condicione erat, sed incrementa capiebat, et quia Pol. multarum nationum variam belli administrationem describit. Complura vocabula habemus pro conversionibus militum: *μεταβολή, περισπασμός, ἐκπερισπασμός, παραγωγή, περίκλασις, περικλάω, περικεράω.*

Machinae bellicae magis magisque crebescunt: *καταπέλται, τὰ καταπελτικά, πετροβόλοι, ὄργανα πρὸς ἅπαν ἐμβελὲς διάστημα, κέστρος, πετροβολικὰ ὄργανα.*

χελώνη, στοά; quamquam Xen. de simili instrumento disputat Hell. 3, 1, 7.

Habemus vocabulum *τριφαλαγγία; ἔμβολον* cuneus, quae quidem vox jam apud Xen. et Aeneam tacticum occurrit.

ἀμφίστομος δύναμις, τάξις exercitus bifrons, multa alia.

Sermo militaris magis magisque excolebatur et amplificabatur, imprimis a Polybio, qui tot et tam varia bella descripsit, ut paene militaris scriptor dicendus sit. Non igitur mirum, si pro certis notionibus certa vocabula et termini, qui dicuntur, technici inveniuntur.

Habemus saepe: *διατρίβειν* de exercitu, id quod nostrum „stehen" significat, velut *διατρίβει στράτευμα ἐν τῇ Ἰλλυρίᾳ.*

ἴλη inde a Xen. et Aenea tactico de turma equitum; *διαλαμβάνειν* in compluribus locutionibus, velut: *διαλαβὼν χάρακι καὶ τάφρῳ;*

διανάστασις et *διανάστασθαι*, ex insidiis erumpere.

ὕπαιθρα aperta loca: *ἐκ τῶν ὑπαίθρων ἐκχωρεῖν, τῶν ὑπαίθρων ἀντιποιεῖσθαι.* —

λαβὼν πρόβλημα ποταμόν — *παρακαλεῖν τὰ πρέποντα τῷ καιρῷ;* — *ἐξ ἐφόδου, ἐκ κατάπλου*, multa alia. A formulis quibusdam certis et phrasibus, quas vocamus, Polybii dictionem non liberam fuisse haec docent, quae saepe repetita leguntur:

ποιεῖσθαι ἐνέδρας ἀντενέδρας ἐπιθέσεις προσβολάς; ἄρχειν χειρῶν ἀδίκων; οὐ δυνάμενος λαβεῖν οὐδὲν ἀργὸν οὐδ' ἔξοπλον; διατηρεῖν ἀφρουρήτους ἀφορολογήτους ἀνεπισιαθμεύτους. — πλωτός καὶ πορευτός.

Imprimis certa adjectiva et adverbia cum certis substantivis conjuncta habemus:

ἀΐδιος (πόλεμος) — σοβαρός (ἐπιέναι, ἐπιτίθεσθαι) — σύντονος, ἐνεργός (πορεία) — καταπληκτικός — δαψιλής (σῖτος, ἐπαγωγή), — παράβολος (pugna, proelium) *βίαιος (τραῦμα, πληγή) — καίριος (τιτρώσκειν) — φορός (ἄνεμος) προτροπάδην (φεύγειν).*

Ex his vestigiis haud scio an coniciendum sit sermonem communem illius aetatis certas formulas, quas nos dicimus, „formelhafte Verbinduugen“ et imprimis adjectiva, quae ad certa substantiva addi solebant, valde adamasse.

Postremo commemorandum est multa Polybium, quae veteres longiore verborum circuitu exposuerunt, saepe facilitatis et commoditatis causa compositione apta in unum verbum coartare. Sermo enim militaris aptas locutiones desiderabat.

πυργομαχεῖν — θυμομαχεῖν — ψυχομαχεῖν — βιαιομαχεῖν — μαχαιρομαχεῖν.

αὐτανδρὶ et adject. *αὔτανδρος* pro *αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι.*

παροπλίζειν armis privare aliquem; *ἀχορηγία* et *ἀχορηγησία* inopia commeatus.

αὐτὸν πιστεύειν pro *αὐτὸν εἰς πίστιν δοῦναι — ἔξοπλος ἀπολέμητος — ἐναγώνιος — ἀμφίστομος — πρωτοστάτης — σημαιαφόρος — ἡ κατάφρακτος ἵππος* loricatus equitatus — *ἱπποκρατεῖν — θαλαττοκρατεῖν — ἀπαραχώρητος* qui cedere nescit — *ὀψωνιάζειν* stipendium solvere — *δυσπρόσοδος — δυσπαραβοήθητος — ἀπραγμάτευτος — ἀπαρατηρήτως* sine cautione, se non tegens — *χειμασκεῖν — νεοσύλλογος — δυσπολιόρκητος — ταχυναυτεῖν — ταχυπλοεῖν — ὁμοπλοεῖν — κατορθοῦν, ἐπορθοῦν* prospero vento uti, et multa alia.

Nonnullae voces a Polybio propria et speciali, quam dicimus, significatione adhibebantur, in quarum locum alia vocabula succedere oportebat, velut *στρατόπεδον* apud Pol. significare

solet *legionem Romanam.* Castra, quae *στρατόπεδον* prius denotat, exprimitur apud nostrum per *στρατοπεδεία, χάραξ, παρεμβολή.* — *Κίνδυνος* est veteribus et nonnunquam Polybio *periculum.* Sed plerumque notat apud eum *pugnam, proelium.* Substituitur pro *periculo φόβος* vel *δεινόν.*

Accedit quarta causa variationis vocabulorum. Polybium enim quo est studio longa et lata vocabula usurpandi simplicia et primitiva verba neglexisse videmus. Quorum in locum alia substitui oportuit, neque raro ampliora et pleniora adhibebantur. Quae sequuntur voces aut prorsus desunt apud Pol. aut non saepe inveniuntur: *στρατός* — *στόλος* notione exercitus — *ἄκων, ἀκόντιον, παλτόν, ξυστόν* (substituit scriptor *ἀκόντισμα, γρόσφος, ὑσσός, γαῖσος*) — *κόρυς* (subst. *περικεφαλαία, περικεφάλαιον, κράνος, λυκεία*) — *γέρρον, πέλτη* pro clipeo, scuto, quamquam habemus *πελτασταί, πελταστικός, πελτοφόροι ἱππεῖς.*

γυμνῆτες, ὁπλίτης, τὰ ὅπλα notione *ὁπλῖται; ὁπλιτικόν* -

ἐπαγωγή notione commeatus, ut apud Thuc. saepe, apud nostrum nunquam invenimus.

κομιδή commeatus. —

φυλακτήριον quod vocab. antea saepe pro *praesidio*, apud nostrum semel inveni 8, 17, 5. —

σωματοφύλακες et *δορυφόροι* pro custodibus corporis.

τηρεῖν custodire, tueri multo saepius apud Pol. quam *φυλάττειν.* —

ὑπαγωγή quod saepe apud superiores pro reditu, recessu locum habet, apud Pol. non invenimus.

ἀναχώρησις multo rarius quam *ἀπόλυσις.*

ἀρετή et *ἀνδρεία* — *θυμός* pro notione animi „Mut".

κακία, δειλία pro ignavia.

θρασύς, δειλός multo rarius apud nostrum quam antea.

μισθός non saepe occurrit.

σιτηρέσιον, quod Xen. saepissime adhibet, apud Pol. non exstat.

Simplex *πεδίον* valde recedit.

Ἀγείρειν non occurrit, *συναγείρειν* semel 2, 18, 7; substituitur *συλλέγειν, ἀθροίζειν; καταλέγειν* et med. *καταλέγεσθαι* cedit vocabulo *συλλέγειν.*

σταύρωμα vallum crebro usurpatum apud Thuc., apud nostrum non legimus.

κατάγεσθαι pro *appellere navem* magis magisque evanescit.

προφύλακες primum agmen non exstat apud nostrum.

πρόσθεις multo rarius legimus quam *προσθεταί*.

ἀπόστολος legatus apud Pol. non habemus.

διαλέγεσθαι, λέγειν, πείθεσθαι multo minus legimus quam *διαπρεσβεύομαι, διαπειράομαι, καταλέγομαι, λαλεῖν*.

B. De vocabulorum fontibus.

Altera est quaestio, unde et quo modo Polybius tot vocabula sibi paret. Respondendum est id solum *nobis* manifestum esse apud Polybium et multa nova vocabula inveniri et multa in novum sensum traducta esse. Utriusque generis longam vocum seriem enumerare supervacaneum est, praesertim cum ea, quae ad hanc rem pertinent, in priore parte hujus scriptiunculae sint commemorata. Quae vocabula utrum ipsi Polybio nova an diutius in usu fuerint, non jam eruere possumus. Historicae enim vel potius totius fere solutae orationis litterae, quae per duo ante Polybium saecula exarabantur, deperditae sunt. Nunquam igitur certum aliquid et constitutum de hac re habebimus. Ea autem, quae ad fontem quendam a nobis revocari possunt, hoc loco allaturus sum.

Permulta habemus, quae Latinum sermonem redolent: *συνταράττειν πόλεμον* bellum perturbare; *ἀποτίθεσθαι πόλεμον* bellum deponere; *εἰς πίστιν ἑαυτὸν δοῦναι* in fidem se dare permittere), *καταγράφειν* conscribere (copias, milites), alias *καταλέγειν* — *σημαία* (manipulus) vexillum — *πρωτοπορεία* primum agmen — *ἔργα* opera „Werke“; *πτῶμα* ruina (Bresche); *προκοιτίαι* excubiae; *διακλείειν* intercludere — *νεανίσκοι* (juvenes) milites; *διαβούλιον* consilium „Kriegsrat“.

Quod Stichius (pag. 8) hic reponit *θρίαμβος*, certe non opus est hoc vocabulum e Romana lingua deducere. Suidas quidem hanc vocem apud Cratinum in usu fuisse testatur notione *hymni Bacchi honoris causa compositi*. A Polybio, id quod

saepius accidit, ad similem apud Romanos rem transfertur. Formula *θρίαμβον ἄγειν* utique Romana est.

Pari modo *κῖνεν* e Romanorum usu deducere non oportet (contra Stichii sententiam). In Xenophontis libris habemus *κινεῖν τὴν στρατιάν, κινεῖν τοὺς στρατιώτας* An. 3, 4, 28; *κινεῖν τὸ στρατόπεδον.* — Pol. objectum, quod vocamus, amisit et vocabulum neutrali sensu usurpavit, id quod saepius apud eum occurrit.

Neque magis *συνδιώκειν* ad Romanos referendum et cum *consequi* comparandum esse puto; Polybius enim saepe praepositionem *σὺν* verbis praefigit ita, ut verbi notio mutationem non accipiat (amplificandi solum causa).

ψυχή frequentissime apud Pol. habemus pro „Mut"; fortasse revocanda est tam crebra iteratio vocabuli ad Romanum *animus*.

Postremo mentionem faciam vocabulorum, quae tota e Romanorum lingua desumpta Graecis tantum litteris expressit: *πάρμη, ἀστάτοι, πρίγκιπες, τριάριοι, ἐκτραορδινάριοι, πραίτωρ, κεντύριων* etc.

Notabile videtur, quod, cum tria alia militum genera nominet, quartum non item *οὐέλιτες* Romano nomine appellat. Verisimile est propter litteram *οὐ* (*οὐέλιτες*). De Latinismis plura disseruit Götzeler pag. 17 s.

Macedonum (et Alexandrinorum) vocabula esse dicunt Phrynichus et Pollux: *παρεμβολή* castra; *ἀργυράσπιδες* *καταπέλται* — *καυσία* — *πῖλος* — *σάρισσα* — *ἑταῖροι* — *ἑταῖροι ἱππεῖς* - *ἑταιρικὴ ἵππος* - *ζυγοστατεῖν*: *ὁ ζυγοστατούμενος πόλεμος* bellum anceps. Haud scio an *θυρεός* e Macedonum sermone deducendum sit

Multa sane vocabula, quorum originem nunc non novimus, Polybius e Macedonum vel alio sermone desumpsit, cum quod ei nova semper vocabula variationis causa opus erant, tum quod, ut ita dicam, ex practico usu facilitatis et commoditatis causa verba elegit.

Venimus ad alium fontem, ex quo Polybius, ut etiam alii scriptores, multa vocabula hausit. Scriptorem cum sua sponte

optimorum nationis suae poëtarum opera diligenter lectitasse puto. tum erat adolescentium nobilium praeceptor et cum his in poëtis Graecorum legendis maxime eum versatum esse verisimile est Non igitur mirum si apud Polybium multa poëticae dictionis vestigia apparent, praesertim cum *facilitas dicendi* haud parum adjuvetur, si scriptori, unde velit, vocabula depromere licet.

Poëtica nobis quidem haec vocabula videntur: *ἀΐδιος* saepe conjunctum cum *πόλεμος* — *ὁλοσχερής* — *κραταιός* — *νεανικός* — *διακοσμεῖν* aciem instruere — *εὐθύς* notione *rectus* — *ὅπλα βαστάζειν, φορεῖν* — *ἀσπιδιώτης* — *στέγειν* — *προτροπάδην* — *γενναιότης* pro fortitudine habet Eurip. — *ὀχυρός* — *οὐλαμός* — *σκάφος*. —

Philosophorum dicitionis esse haec vocabula lexicis probatur: *ἄθλημα* — *ἔπαυλις* — *συμπλοκή* — *ἐπιτηδειότης* — *σιταρχία* — *χορηγία* — *εὔροια* — *πλεονάζειν, περιπέτεια* — *ἐλάττωσις* — *ἐφεδρεία* — *παράστασις* — *ἀγέννεια* — *γυμνασία* — *παραβοήθεια* — *παράπτωσις* — *ἔντευξις* — *εἰρηνεύω* — *νεωλκεῖν*.

Nonnulla ex his vocabulis aliam apud philosophos, aliam apud nostrum habent notionem. Stoicorum et Peripateticorum scholae tum florebant et earum rationes, quas eruditissimi homines profitebantur, late patere videmus.

Xenophontis vocabula militaria si perlustraverimus, magnam Polybio cum Xenophonte similitudinem intercedere inveniemus. *Ἀνταίρειν πόλεμον* exhibet Pol., Xen. *ὅπλα ἀνταίρεσθαι*. — *ἐπικάμπιον, ἐν τῷ ἐπικαμπίῳ* apud Pol., *ἐπικαμπὴν ποιεῖσθαι, ἐπικάμπτειν* apud Xen. Haec vocabula, quae apud Polybium exstant, inde a Xen. occurrunt: *πυργομαχεῖν* — *ἔμβολον* acies cuneata — *ὄρθιοι λόχοι* — *ἐπιστάτης* qui pone aliquem in acie locum habet — *στρατοπεδεία* — *κατασκηνόω* — *προσάγειν* inde a Xen. intransitive, *ὑπάγειν* inde a Xen. *progredi, aggredi*, antea *se recipere* — *καθοπλίζω, καθόπλισις, καθοπλισμός* — *ἀκόντισμα* — *τὰ σκεύη* — *ἐλαφροί* pro expeditis militibus, velitibus — *ξυστοφόροι* — *πεζεύειν, πεζοπορεῖν, πεζικός* — *παραπομπή* commeatus — *σιτηρέσιον, ἐπισιτισμός* commeatus — *στρατήγημα* — *ὁ ἔφοδος* qui vigilias adit inspiciendi causa. *προτροπάδην* apud Homerum et Pind., tum inde a Xen. — *ἀνδρώδης*,

εὐθαρσής, εὔτολμος, εὔρωστος — ἀγεννής — ἀνταγωνιστής — κατασκοπή potissimum inde a Xen. — κατοπτεύειν, κατασκέπτεσθαι, — μισθοδοτέω, μισθοδότης - ὀχύρωμα, ὀχυροῦν (ὀχυρός a poëtis sumptum) — ἐπίπεδος — καταλύειν inde a Xen. intransitive ἀνάσκητος — δυσπολιόρκητος — παρόρμησις — δύσχρηστος (quamquam vocabula δυσχρηστεῖσθαι et δυσχρηστία nondum apud Xen. occurrunt) — χαράκωμα — τάγμα — νυκτοπορεῖν — ἐκμηρύεσθαι — οἱ προκινδονεύοντες primum agmen — οὐρὰ pro novissimo agmine — πολεμικόν pro σύνθημα „Parole". ὑπερβολή transitus, traiectio; multa alia.

Mollenhauer haec dicit in praefatione: Quamquam puriore quam quisquam aequalium oratione utitur, tamen primus est, (scil. Polybius) in quo luculentius vestigia quaedam linguae vulgaris quae dicitur κοινή cognoscere possimus.

Laudo quidem, quae hoc loco dixit vir doctus, sed ea lingua, quae ad rem militarem pertinet, *non paulo ante* Polybium mutata et amplificata esse videtur. Documenta sunt Xenophontis libri, quibus multa sunt vocabula recepta militaria, quae non solum vim et naturam, sed etiam formam dilatatam posterioris aetatis prae se ferunt. Atque ab illa aetate, quae tot et tanta bella vidit, non alienum esse videtur linguam militarem amplificare et promovere.

Multas voces et notiones hoc modo orationi addit Polybius, quod superiorum vocabulorum vim et significationem amplificat aut coërcet, ut usus postulat: μηνίσκος notionem accipit *lunatae aciei;* — στρατεία prius *expeditio*, apud Pol. etiam *exercitus*; — δαπάνημα sumptus, apud nostrum *commeatus*: δαπανημάτων ἐνδείᾳ 9, 42, 4. —

ἐπικράτεια apud priores *imperium*, apud nostrum victoria 2, 13: ἕως τῆς Καρχηδονίων ἐπικρατείας. — πταίειν antea *labi, male rem gerere*, Polybio saepissime *vinci, succumbere.*

Nonnulla verba antea cum casu aut praepositione conjuncta absolute ponuntur a Polybio, velut ἐξάπτεσθαι antea cum genitivo conjunctum, apud nostrum absolute positum.

In sensum transitivum multa vocabula Pol. mutat: πολυπραγμονεῖν speculari, explorare; στρατηγεῖν τινα — παρασπονδεῖν

τινα — *πράττειν (πόλιν)* — *σιτομετρεῖν τὴν δύναμιν* — *χορηγεῖν τινα* — *πολεμεῖν τινα* — *ξενολογεῖν τινα* — *φορολογεῖν (τὴν Σικελίαν* — (*ἐκμηρύεσθαι* transitive et intransitive usurpatur).

Praeter transitivam notionem etiam intransitivam accipiunt: *ἀναλύειν* = *ἀναζευγνύναι* „aufbrechen"; — *παρεμβάλλειν* se collocare, velut *οἱ πεζοὶ ἐξ ἀσπίδος παρενέβαλλον* 11, 23, 5: — *ἐπάγειν* alias *exercitum contra aliquem ducere*, inde a Pol. intransitive.

προσάγειν eadem sign. inde a Xen. intransitive — *κινεῖν* inde a Pol. intrans. — *ἐξαίρειν movere castra*, progredi cum exercitu, inde a Pol. intrans.

Abstracta, quae vocamus a Polybio *concreto sensu* usurpantur: *ἐπιτηδειότης* apud Plat. *habilitas, dexteritas;* apud nostrum invenimus: *ἐπιτηδειότης πρὸς πόλεμον*, quae ad bellum necessaria sunt. —

ὠφέλεια inde a Lysia fere in concretum mutatur (apud Xen. vocabulum *praedam* in universum significat, apud nostrum „Kriegsbeute").

λυσιτελές habemus pro *praeda* 13, 8, 2.

Activum nonnullorum verborum praefert Pol., quae veteres in medio praebent: *στρατοπεδεύειν* (veteres vulgo *στρατοπεδεύεσθαι*) *στρατεύειν* et *ἐκστρατεύειν* — saepe activum habemus *ποιεῖν*, velut *ποεῖν πλοῦν, ἀνάπλουν, ἀπόπλουν.*

ἡσσάω in activo prim. occurrit apud nostrum notione *vincendi;* saepissime *ἡσσᾶν τὰς ψυχάς.*

Contra multo saepius adhibet Pol. medium *διαλύεσθαι* pro vetere activo *διαλύειν*, medium *καταλαμβάνεσθαι* pro activo *καταλαμβάνειν.*

Participiis haud raro utitur Polybius, ubi substantiva desideramus: saepe habemus *οἱ παραφυλάττοντες, οἱ τηροῦντες;* pro hostibus saepe invenimus *οἱ παραταξόμενοι, ἀντιταττόμενοι* — semel habemus *οἱ συγκαθεστῶτες* 4, 12, 6;

Pro militibus mercennariis occurrit: *οἱ μισθοδοτηθέντες, ἐξενολογημένα*

οἱ ἀποστελλόμενοι = *πρέσβεις* 14, 1, 13; — *διατετριφὼς ἐν ἡγεμονικῇ προστασίᾳ* — *οἱ ἡγούμενοι*.

Amplificatione et compositione novas notiones et vocabula a Polybio formari jam supra dixi. Etiam multa vocabula a Polybio formata rationalem, ut ita dicam, notionem habent et logica, quam dicimus, compositione ea exprimunt, quae significant, velut *περικεφαλαία* id denotat, quod circa caput est, *galeam*.

καρδιοφύλαξ = *θώραξ*; *εὐκίνητος* levis armaturae — *μέτρημα* = *μισθός* „das Zugemessene" — *παράταξις* = pugna; — *ἀμφίστομος* duplex; — *προκαθίζειν* defendere; — *κοινοπραγία* = societas (communis actio).

Generalia verba multa usurpavit Polybius in universum, non proprie dicendo. Quo ex fonte saepe hausit scriptor noster ita, ut commune vocabulum aut omnino in specialem sensum deflecteret aut contextu rerum et verborum in eum traduceret.

ὠφέλεια praeda — *ἐλάττωσις*, *ἐλάττωμα*, *ἀπόπτωμα*, *σύμπτωμα* = clades; item *συμφορά*, *ἀτύχημα*. — *κατόρθωμα*, *εὐτύχημα*, *προτέρημα*, *εὐημέρημα*, *εὐημερία* victoria — *ἀλήθεια* interdum habet sensum *veri belli* — *χρεία* pugna — *πρᾶξις* pugna, proelium — *τὰ πλήθη*, *οἱ πολλοί*, *οἱ ὄχλοι* saepe = milites; *πταίειν*, *σφάλλεσθαι* vinci — *ὠφελεῖσθαι* praedari —

πρᾶξις saepe *proditio*, *πράττειν* prodere — *προσδοκίας οὔσης κατὰ τὴν οὐραγίαν* si novissimum agmen expectat scil. *impetum* 6, 40, 8—; 5, 62, 6 habemus *πόλεις ἐλαφραί* urbes *paulum defensae*; — *ἐπιπορεύεσθαι*, *ἐπιτρέχειν*, *κατατρέχειν*, *ἐπιέναι* obire, scil. praedandi causa, saepe pro *vastare*.

σώματα, *ἄνδρες* saepe pro captivis. *διαλύτρωσις τῶν ἀνδρῶν* redemptio captivorum 6, 58, 11.

Hi sunt, ut nos quidem eruere possumus, potissimi fontes, ex quibus Pol. vocabula sua desumpsit. Sed multa ex his paulatim in sermonem recepta esse pauca vestigia exstant. Invenimus enim nonnulla vocabula, quae quasi apud Pol. demum nascuntur, saepe ampliore quadam circumlocutione explicari et animis nostris dilucide proponi.

παράστασις pro *animo, fortitudine* habemus 3, 63, 14; sed explanatur per *ὁρμὴ καὶ παράστασις*; eadem ratione explicandum est: *διὰ τῶν ἄλλων ἀγεννίαν καὶ δειλίαν.*

Ἐπάρκεια pro *commeatu* saepe habemus, nonnunquam autem *ἡ τῶν χορηγιῶν ἐπάρκεια* 9, 4, 5; 5, 111, 4. — Saepe occurrit pro *clade περιπέτεια;* 10, 33, 4 habemus: *αἱ ἐκ τῶν περιπετειῶν ἐλαττώσεις* — *ὑποβολή* saepe per se ipsum notat *insidias*, sed invenimus etiam: *ἡ τῶν ἐνεδρευόντων ὑποβολή.*

παράπτωσις interdum est *persecutio;* 11, 17, 3 habemus: *κατὰ τὴν τοῦ διώγματος παράπτωσιν.*

σύστημα notionem „Abteilung" accepisse videtur formulis velut *τὸ τῆς φάλαγγος* 5, 33, 3; — *τῆς τάξεως τὸ σύστημα* 1, 34, 5. Apud Pol. saepissime *διάλυσις* et *διαλύσεις* notione *pacis*, apud Thuc. habemus *διάλυσις τοῦ πολέμου.*

Σώματα non raro habemus pro *captivis*, Dem. praebet *τὰ αἰχμάλωτα σώματα.*

Ex eis, quae supra diximus, conicere fortasse licet Polyb. et sermonem communem, quem vocamus, quamquam aliae linguae et varia instituta ad linguam formandam vim habebant, in verbis eligendis et novandis non temeraria libidine et libertate usum esse, sed certa ratione et naturali quadam lege nova vocabula in suum usum convertisse. Quodsi reliquias haberemus communis sermonis (prioris temporis) sed veri, non politi, facile nos, quae sit vis et natura et notionis progressus gradatim, ut ita dicam, factus, intellecturos esse arbitror.

Unum est, quod jure miremur in Polybii libris, haud facile apud alium scriptorem tot *ἅπαξ εἰρημένα*, quae vocamus, vel certe raro dicta vocabula, quot in nostri scriptis, inveniri. — *κερᾶν* 18, 24, 9; *λυκεία* galea = *καρδιοφύλαξ* — *χάλκωμα* lorica — *σινδών* vexillum, signum — *σιτάριον* 16, 24, 5; — *χόρτασμα* 9, 4, 3. — *εὐημέρημα* 3, 72, 2 — *εὐτολμία* 5, 76, 11 — *προόπται* exploratores 29, 6, 13 — *μέτρημα* stipendium 9, 27, 11. — *μετάπτωσις* notione *proditionis* 3, 99, 3. *πλωτεύεται θάλασσα* 16, 29, 11 — *ὁμοπλοεῖν* 1, 25, 1 et cetera. — Quas semel dictas voces Pol. maxime usurpat variationis causa, cum verba ejusdem significationis complura aut antecedunt aut subsequuntur;

6, 23, 14—15 habemus: χάλκωμα, — καρδιοφύλακα, — θώρακας; 9, 4, 3: χόρτασμα — χόρτος.

Sed nonnulla, quae raro usurpantur, vocabula ei, ut erat vir doctus et in veterum scriptis versatus, invito excidisse arbitror. Quin immo id imprimis stili Polybiani esse existimo, ut in mentem venit, ita rem verbis exprimere. Quod Luettgius putavit, haec verba exornandi causa usurpata esse, cum Stichio negaverim.

Unum denique afferam de universa Polybii elocutione in extrema dissertatione. Nicolai, vir doctus, in historia Graecarum litterarum dicit: „Polybius ist unter den erhaltenen Autoren der älteste, wohl auch der beste und reinste Gewährsmann der gemeinsamen Vulgärsprache. Was H. Cobet erfand, ihn auf die Stufe eines widerlichen, schalen und plebejischen Darstellers herabzudrücken, schmeckt nach attischer Alleinherrschaft. Freilich trägt Form, Ausdruck, Phraseologie, Syntax und Satzbau alle Gebrechen dieses aus der Art treibenden Idioms. Diese Sprache, durch keine Schule oder Grammatik geläutert, farblos und nüchtern, nicht frei von makedonischen und alexandrinischen Formen und doch wieder im ganzen reiner als man erwartet, entbehrt der Frische und des Saftes. In Wendung eng und mechanisch, im Sprachschatz arm und ohne die Schönheit und Mannigfaltigkeit der attischen Phrase, hingegen vermehrt um einen reichen Bestand an Worbildungen und Ausdrücken ohne inneren Wert, ist des Poylbius Stil einfach und schmucklos, oft hart und schwierig, die Komposition unrhythmisch, doch streng in Vermeidung des Hiatus. Dem Bau der Sätze fehlt Symmetrie; sie schleichen in kleinen lose verbindenden Bildungen ohne Wechsel matt und eintönig dahin. Die Syntax erscheint vertrocknet, auch ungenau, der Bedarf an Partikeln gering.“

Non solum Cobetus, sed etiam Nicolai elocutionem Polybianam justo neglegentiorem descripsisse mihi videntur. Imprimis considerandum est in Polybii libris tanta nos rerum copia obrui, ut quod verba et formas minus respicit, neque Polybio vitio vertendum sit neque nobis nimis molestum esse debeat. Quamquam non sane prorsus a Polybii stilo diligentia est ab-

*

judicanda, quae et evitato hiatu, ut multi et docti viri saepe probaverunt, et, ut mihi videtur, variatione crebro adhibita satis est perspicua. Variatio enim certa lege usurpatur, ne idem vocabulum arto spatio saepius occurrat.

Quodsi scriptorem certas leges sibi praescripsisse easque secutum esse manifestum est, negandum est, quod Cobetus Polybium neglegentissime historias composuisse dicit.

Rhythmus vero quem vocamus, nullus fere est in ejus libris nisi quod fortasse in fine enuntiati paulo diligentior fuit longiore vocabulo aut *ἓν διὰ δυοῖν* aut circumlocutionibus positis.

Est denique sermo narrantis, qui docere vult audientium animos et summas magna ingenii vi excogitatas res neque sibi ad narrandum neque audientibus ad intelligendum difficiles reddere in animo habet.

Jam, ut finem disputandi faciamus, Polybius non solum ex Polybii libris, sed etiam ex sua aetate nobis examinandus est. Tum erant Graeci dicionis Romanae facti, inter se dissidentes, per omnes regiones dispersi, a patrum institutis alieni, aliarum gentium et linguis et moribus subjecti, ut postremo Polybii elocutionem tristioris conditionis non esse jure miremur.